


1898

*W. Perry*



DE

1887

# MUNIMENTIS ATHENARUM

QUAESTIONES HISTORICAE  
ET TITULI DE INSTAURATIONE EORUM  
PERSCRIPTI EXPLICATIO.

*COMMENTATIONES DUAE*

CAR. ODOFR. MÜLLERI,

SOCIET. SCIENT. GOTTINGENSIS,

SOCIET. HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS, SOCIET. ARTIFICUM VRATISLAVIENSIS SOCI.,  
CUM ACADEMIA SCIENT. BEROLINENSI ET INSTITUTO REGIO FRANCO-GALLORUM, CLASS. MORAL.  
ET POLIT., COMMERCIO EPISTOL. CONIUNCTI, INSTITUTI ARCHAEOL. INTER  
DIRECTORES HONOR. ADSCITI.

---

GOTTINGAE,

E LIBRARIA DIETERICHIANA.

MDCCCXXXVI.

DE

MUNIMENTIS ATHENARUM

QUESTIONES HISTORICAE

ET TITULI DE INSTAURATIONE FORUM

PERSCRIBTI EXPLICATIO.

COMMENTATIONES D. N. E.

CAR. ODOBR. MÜLLERI.

SOEIT. SCIENT. GOTTINGENSIS, SOCIET. ANTIQVARIORVM LONDINENSIS,

SOEIT. HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIVENSIS, SOCIET. ANTIQVARIORVM BRITANNICARVM SOCIET.

ACADEMIA SCIENT. BRITANNICA ET INSTITVTIO REGIA FRANCO-BADENSIUM, CLASS. LORAN.

ET SOCIET. COMMERIO EPISCOPI CONINGI, INSTITVTI ARCHAEOL. LITTE.

DIRECTORES HONOR. ADSICIT.

GOTTINGAE,

IN LIBRARIIS DIRECTORIBUS

MDCCCXXXVII

---

# DE MUNIMENTIS ATHENARUM QUAE- STIONES HISTORICAE, ET TITULI DE INSTAURATIONE EORUM SCRIPTI EXPLICATIO.

COMMENTATIO PRIOR

AB AUCTORE

CAR. ODOFR. MÜLLER

LECTA IN CONSESSU SOC. REG. D. XXV. JUL. A. MDCCCXXXV.

---

1. Quod de muris Athenarum urbis et portuum dicere institui, id non feci spe adductus, fore ut post operam a viris doctis in ea re iam saepius et maxime nuper collocatam ex iisdem scriptoribus et documentis, quibus illi iam usi sunt, eidem novam et inopinatam lucem afferrem, sed commotus insigni quodam monumento, quod subsidiis adhuc cognitis notabile affert incrementum. Titulus est tabulae marmoreae inscriptus, quam in duo frusta fractam vere proximi anni (MDCCCXXXIV) Athenis in pavimento delubri Christiani invenit V. D. Graecus Pittacius (Pittakis)<sup>1)</sup>, studio antiquitatis reliquiarum investigandarum archaeologis apprime cognitus. Eam tabulam, cum frustis illis recte inter se commissis argumenti dignitas appareret, magna cum cura et diligentia descripsit praefectus Musei regii, quod Athenis nunc constituitur, L. Ross, et eius apographum ad me transmisit, ut titulus, in quo supplendo ipse iam diligens studium collocaverat, mea opera, si fieri posset, illustraretur<sup>2)</sup>. Quo in

---

1) Haec ad me scripsit Rossius. Anno 1829 in eccl. S. Pacis inventam esse, legitur in Notitiis Instit. Archaeol. eo loco, qui in annot. proxima indicatur.

2) Ex quo hanc commentationem in Societate Sc. R. recitaveram, comperi titulum eundem, ex alio apographo, quod Pittacius confecerat, Rossiano quidem

studio ne ullo me fraudarem auxilio, et ut, quid effecissem, planius possem explicare, universam illam de munimentis Athenarum quaestionem redintegravi, sed brevius, praecipue in illis partibus, quae ad hoc documentum explanandum minus pertinent.

2. Ac primum antiquioribus temporibus, sicut in plerisque Graeciae urbibus, ita etiam Athenis nullum munimentum extabat nisi Arcis. Atque etiam arx non vetusta Cecropis aut Thesei aetate, sed postquam Dorienses Peloponnesum occupaverant et Pelasgi Tyrrheni sedes prope Athenas fixerant, et ne tum quidem undique sed ex parte tantum muris circumdata est. Etenim saxum illud, quod acropolin constituerant Athenienses, meridiam versus et orientem arduum et praeruptum attollitur, eaque parte natura ipsa satis munitum esse videbatur: sed idem versus occidentem molliore flexu ascenditur, ibique non sine structis operibus hostium incursionem arcere poterat. His locis Pelasgicum fuit, a Propylaeis, quae postea struebantur, versus Panis antrum <sup>3)</sup> et versus delubrum Furiarum et Areopagum collem <sup>4)</sup>: munimentum, ut videtur, e duplici muro compositum, ita ut praeter eam arcis partem, quae maxime declivis erat, loca in plano proxime subiecta comprehenderet. Quo factum, ut idem Pelasgicum modo murus circa Acropolin ductus, modo Acropoleos pars, modo

---

longe inferiori, edidisse in publicum doctum Bavarum, Dr. Franz, *Bullet. dell' Inst. di corrisp. archeol. di Marzo* 1835. N. III. c. Neque tamen mihi ab opere incepto et, ut videbatur, non inutiles desistendum videbatur.

- 3) Clarissimum testimonium est Luciani bis accus. c. 9. cf. piscat. c. 42. cum Scholiis utriusque loco adiunctis.
- 4) Cyloneum cum delubro Furiarum (τῶν Σεμνῶν θεῶν) coniunctum, idque proximum fuisse Enneapylo, intellectum est ex Schol. Sophocl. Oed. Col. v. 489. V. Addit. ad Leakii Topogr. Athen. ed. Germ. p. 455. Pelasgicum cum Eleusinio, tanquam situ proximum, coniungitur in descriptione pompae Panathenaeae, Philostr. V. Sophist. II, 5. p. 550., quod neque a foro in Ceramico procul fuisse, intelligi videtur ex Xenoph. Hipparch. c. 3, 2., neque a Panis antro, ex anaglypho apud Paciaudium Mon. Pelop. I. p. 207., quod illustravit Hirt. Hist. art. plasticae p. 191. (cf. enchiridiiuin archaeol. quod iterum edidi §. 387, 7.); idque sub arce, ὑπὸ τῆς Ἀκροπόλει, situm

locus ab Acropoli disiunctus et Acropoli subiectus fuisse diceretur<sup>5)</sup>. A no-

fuisse, disertis verbis traditur a Clemente Alex. Protrept. p. 29. Non accedo rationibus Leakii, quamquam nuper sollerter defensis in libello: *On certain disputed positions in the topography of Athens.* — Etiam Pausanias I, 28, 3. in mentionem Pelasgici incidit, cum ab arce per Propylaea ad Panis antrum et Areopagum descendit.

5) Murus circum arcem structus dicitur ab Herodoto VI, 137. et Myrsilo, quem laudat Dionys. Hal. I, 28, et Pausania I, 28, 3. et similiter a Photio Lex. p. 407, 10. Πελαργικόν: τὸ ὑπὸ τῶν Τυρρήνων κατασκευασθὲν τῆς ἀκροπόλεως τείχος, et aliis grammaticis. Clidemus narraverat, Pelasgos arcis solum aequasse et enneapylum Pelasgicum ei circumdedit. Suidas v. ἄπεδα et ἠπέδιζον. Phanodemi etc. fragm. ed. Siebelis p. 44. Acropoleos partem fuisse tradit Ephorus apud Strabonem IX. p. 401., si verba μέρος τῆς πόλεως strictiore significato intelliguntur. Apertius Aristophanes Lysistr. v. 832. sqq. τῆς πόλεως, i. e. ἀκροπόλεως, τὸ Πελαργικόν dicit fuisse in rupibus, ἐπὶ πετρῶν. Cf. Didymos in Schol. Τὸ Πελαργικόν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν tanquam ab arce diversum memorat Thucyd. II, 17. Id ne coleretur quanquam vetusta lege, etiam multa adiecta (Pollux VIII, 104.), interdictum erat, colebatur tamen primis belli Peloponnesiaci temporibus, cum arx ipsa inhabitata relinquereetur. Thucyd. II, 17. Haec enim per Propylaea sola adiri poterat, quae diligenter clauderentur (quo spectant Thucydidis verba: βεβαίως κληστόν): ad Pelasgicum per alias portas accedebatur. Sic intelligitur, qui fieri potuerit, ut Pisistratidae intra Pelasgicum obsidionem Spartanorum tolerarent (Herodot. V, 64. Marin. Parium l. 60.), et arx tamen tempore belli Persici nullo alio munimento firmata esset, nisi antiquo et tum propter necessitatem urgentem refecto vallo ligneo. V. Herodot. VII, 142. VIII, 51. 52. Nimirum illud Pelasgicum munimentum delubra arcis, in quibus senes illi et invalidi homines magnam fiduciam collocabant, non defendebat. Sed aliter eam quaestionem solvit vir egregius Leakius Topogr. Athen. p. 314., qui statuit, munimentum illud Pelasgicum olim totam arcem circumdedit, sed iam ante bella Persica paene dirutum fuisse, ita ut arx muris careret, eam autem partem, quae restabat, versus aquilonem, postea cum muris, qui post bellum Persicum extracti sunt, connexam esse. Cui sententiae quominus subscribam, retinet me id, quod non intelligo, quare viginti illis annis inter Pisistratidas eiectos et Salaminiam pugnam munimentum vetusto opere structum tantam ruinam subire potuerit, nisi forte Spartanos consulto arcem Athenarum munimentis exuisse statuamus.



venit portis, quibus utrinque pervium erat, Enneapylum appellatum est. Huius antiquissimi Athenarum munimenti certas reliquias nescio an nullus adhuc eorum, qui Athenas viderunt, demonstraverit <sup>6)</sup>. Persuasum tamen habeo, si ea Athenarum regio rudere tot aedificiorum ruina aggesto purgaretur, fundamenta certe Pelasgicorum murorum repertum iri, opere illo incerto quod Cyclopeum dicunt similive structuræ genere noscenda.

3. Quo tempore Urbs Athenarum primum muris cincta sit, non traditur, nisi quod, cum Athenae a Persis incensae essent, exiguam partem murorum superfuisse, eumque murum, qui Themistoclis consiliis post Plataensem pugnam exstructus est, ubique ultra antiquiora munimenta promotum et extensum esse, Thucydides memorat <sup>7)</sup>. Itaque habuerant Athenae iam ante bellum Persicum urbem murorum corona circumdatam, sed arctius circumscriptam quam post bellum Persicum. Pisistratusne, cum urbem conducticiis copiis in ditionem suam redeisset, an Clisthenes, cum post liberatas Athenas patriam ab Lacedaemoniorum incursionibus tutiorem esse vellet, urbem primus muniverit, non definio. Ceterum constat, urbem antiquioribus temporibus praeter arcem non nisi loca meridiem versus subiecta obtinuisse, ea autem quae versus boream sita sunt posterius occupasse <sup>8)</sup>. Quocirca hac maxime parte muros antiquos contractiores fuisse, altera ad Ilissum latius patuisse consentaneum est. Verum etiam ea regione, qua Athenae meridiem spectant, Olympii Iovis templum olim extra muros fuisse, inde colligitur, quod ante id de-

6) Stuart. Antiqq. Athen. V. II. Prooem. p. VII. (T. I. p. 242. ed. Germ.) muros vetustos saxo structos, quorum fundamenta versus occidentem arcem circumeunt, et aream quandam vivo saxo excisam, cui murus impositus fuisse videtur, septentrionem versus, Pelasgici fuisse partes comicit, sed illorum fundamentorum desideramus diligentem descriptionem, et area illa longius a loco Pelasgici abesse videtur.

6) Thucyd. I, 88. 93. Moenia maiora Athenienses tum complexos esse, etiam Justin. II, 15 scribit. De eadem re Aristides Panathen. p. 258 c. ἡ πόλις — τὴν τοῦ κούλου προσθήκην ποιουμένη.

8) Thucyd. II, 15.

lubrun versus arcem vestigia muri vetusti etiam multis post saeculis supererant. Hisque Hadrianus imperator usus esse videtur, ut novas Athenas, quas magnificis delubris et porticibus exornaverat, tanquam Hadriani urbem distingueret a vetere Thesei urbe. Cuius rei documentum etiam nunc arcus, qui pro porta illius muri fuit, superest, inscriptus ab altera parte: ΑΙΑ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ, ab altera: ΑΙΑ ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ <sup>9)</sup>.

4. Perventum est ad ea tempora, quibus Athenae maiore quodam animi impetu instinctae sese ultra modum reliquarum Graeciae urbium extulerunt et celeri cursu ad dominationem litorum et insularum maris Aegaei tetenderunt. Hanc dominationem solis maritimis copiis fundandam esse, cum Themistocles iam egregie intellexisset, is non ad urbem firmissime emuniendam, sed ad portum et navalia opes et animos civium convertit. Themistocles enim, sicut omnes eius sectatores in publicis Athenarum rebus gubernandis, nihil magis dolebat, quam quod neque Attica terra natura insula esset, neque urbs Athenarum ad ipsum maris litus condita, sed quadraginta inde stadiis remota: qui quidem situs Athenis communis erat cum omnibus urbibus antiquioris Graeciae, conditis illis antequam mare pacatum et litora a praedonum incursionibus tuta essent <sup>10)</sup>. Utrique incom-

9) Haec effeci partim ex probabilitate, partim ex disertio testimonio Scholiorum ad Aristidis Panathen. p. 258. c., p. 69 ed. Frommel: ὁ Ἀδριανὸς — ἐνθα μὲν ἦν πρὸ τοῦ τείχους (scr. τείχος) τὸ παλαιὸν ἔγραψε: Τοῦτο δὲ Θησεύς ἔκτισε καὶ οὐκ Ἀδριανός κ. τ. λ. cf. Additam. ad Leakei Topogr. p. 459. Locum Phlegontis de Olympico novarum Athenarum ad Athenas Atticas pertinere, consensu suo comprobavit Derville Misc. Observ. T. VII. p. 74 sq. Boeckh h. Corp. Inscr. Graec. n. 2309. T. II. p. 276.

10) Haec verissima Thucydidis observatio, I, 7, si recte adhibetur, multum boni facere potest ad origines Graecarum urbium stabilendas. Quod enim scribit περὶ τὸ βυγχεαγρῆς, antiquas urbes aliquanto spatio a mari remotas esse, id ita verum est, ut antiquae Graeciae nulla urbs illustrior, una fortasse Helice excepta, in ipsis litoribus sita fuerit. Quae autem oppida Thucydides dicit νεώτατα καὶ ἤδη πλεονατέρων ὄντων condita et hac propter in ipsis litoribus constructa esse, eorum numero colonias ab Ionibus, Aeolensibus, Doriensibus

modo ita mederi statuit Themistocles, ut portum quam posset firmissimis munimentis, quibus certe illorum temporum poliorceticas artes plane eluderet, a continenti terra insulae instar secerneret, ita ut Athenienses, etiamsi terra per maiores hostium copias agris suis excluderentur, cum navalibus tamen et classibus suis maris imperium retinerent, prae quo urbis possessionem Themistocles vilipendebat. Nondum enim huius viri animus, quamquam maximarum rerum capax, consilia sua eo extenderat, ut urbem cum portu continuis munimentis iungi posse in animum induceret, sed saepe ille suadebat Atheniensibus, si gravius a continenti terra bellum impenderet, ut urbe relicta in Piraeum migrarent et inde classibus expeditis, altissimis ipsi muris defensi, etiam maximis hostium copiis resisterent.<sup>11)</sup> Hac propter ambitum emporii, quod Piraeensem pagum cum Munychia peninsula complectebatur<sup>12)</sup>, sexaginta stadiorum constituerat,

---

bus in Asiam minorem et Italiam deductas complexus esse videtur, quarum situs maritimus e ruderibus plerumque etiam nunc cognoscitur.

- 11) Haec consilia clarissime indicat Thucydides I, 93. *Πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρήνει (ὁ Θεμιστοκλῆς), ἣν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας εἰς αὐτὸν ταῖς ναοὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθίστασθαι.*
- 12) Τοῦ Πειραιῶς ξὺν Μουνυχίᾳ, Thucyd. II, 13. *Τὸ παλαιὸν ἐτετελείστο καὶ συνώκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὡςπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις προσειληφῦα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ,* Strabo IX. p. 395. Quod attinet ad significatum horum nominum, sic statuas velim: Munychiam fuisse peninsulam cum colle et portu versus orientem subiecto, sed pagis demum non obtinuisse (idei affirmit Corsinius F. A. I. p. 251.), quamquam a Minyarum colonia, quod narratur, antiquitus habitatam. Sed Piraeensium pagus etiam hanc peninsulam territorii partem habebat, et cum Munychia continentibus aedificiis iunctus fuisse videtur. Certe a foro Hippodameo, quod medio Piraei loco fuisse videtur, lata quaedam via s. platea, qua centeni ferme milites incedere poterant, ad aedem Munychiae Dianae et Bendideum ducebat. Quod intelligitur lecto Xenophonte, Hist. Graec. II, 4, 11. Ac Strabo id totum Athenarum emporium nomine Munychiae appellat. Quocirca etiam theatrum, quod Munychiae erat, et Piraeensium idem fuisse aedificium olim statueram (in Encyclop. Halensi s. v. Attica p. 222.). Leakeius contra, Topogr. Athen. p. 346. 348. 349. 351., duo distinguit theatra, et Piraeensis theatri

quorum minorem partem ea murorum pars, quae maris litori insistebat, maiorem ea, quae continentem spectabat, comprehendebat. Nam bello Peloponnesiaco, cum per omnia Athenarum munimenta milites disponerentur, ut ea ab impetu Peloponnesiorum exercitus defenderent, triginta stadiorum ambitus praesidium requirebat; reliqua triginta stadia indefensa relinqui poterant, cum vel mari tuta, vel intra longos muros essent, quibus urbs cum emporio iungebatur<sup>13</sup>). Phalerensem portum extra munimenta Themistoclis fuisse, Thucydidis verba aperte significant. Hoc immensum opus Athenienses Themistocle suadente iam ante, quam Xerxes Graeciam invaderet, aggressi erant, quo anno, Philochoro teste, Cebris archon eponymus, et, Thucydide auctore, Themistocles ipse inter novem erat archontas<sup>14</sup>). Quem annum accurate definire nunc non licet, videtur tamen unus ex annis, qui inter Marathonium et Salaminium proelium intercedunt neque archontum nominibus nobis innotuerunt, Olymp. LXIII. a. 2. vel 3., vel LXIV. 3. vel 4. fuisse<sup>15</sup>). Atque eodem quidem tempore,

---

reliquias prope collem, qui ab Aphrodisio portu versus volturum (NO.) attollitur, Munychiensis autem in peninsula, non longe ab aede Dianae, etiam nunc extare testatur. At cum hoc theatrum exiguum fuisse significet, vix crediderim, id esse illud *Μουνυχίασι θέατρον*, in quo interdum populi comitia habita sunt (Lysias in Agorat. §. 32. p. 464. R. §. 55. p. 479. R.). Sed convenit huic et situs et magnitudo illorum ruderum, quae cum inter Piraeensem portum et Munychiam sita esse videantur (v. tabulam operi Leakiano adiectam I.), satis in ea quadrant Thucydidis verba: τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον, VIII, 93. Itaque videndum, ne parvum illud theatrum aliud aedificii genus fuerit. Ceterum Piraeensium theatrum in territorio et potestate huius pagi fuisse et a populi teatro, quod ἐν Διονύσου sub arce erat, diversissimum, nemo facile negaverit nisi harum rerum imperitissimus.

13) Dio Chrysostomus, cum dicit Themistoclem Atheniensibus suasisse τὸν Πειραιᾶ τεχνίσαι πλείονων ἢ ἐνενηκόντα σταδίων (Or. XXV. p. 521. R.), ambitum nimis amplificat. Cf. idem Or. VI. p. 199.

14) Thucyd. I, 93. Philochori fragm. coll. Siebelis p. 48. 49. Cf. Pausan. I, 1, 2.

15) Hic locus chronologiae Atticae est e difficillimis. Tractaverunt eum Boeckhiius de Archont. Att. eponymis p. 3. et Clinto Fast. Hellen. T. I. p. XV.

cum Athenienses iam in expectatione essent magnae cuiusdam Persarum expeditionis, Themistocles civibus suis persuasit, ut triremes illas extruerent, quibus posthaec Salamine vicerunt 16). Quod non posterius factum esse consentaneum est, quam portum munire coeperunt. Certius edocti sumus, quo tempore Athenienses inceptum opus continuaverint et perfecterint, proximis nempe post Persicum bellum annis 17), cum patria recepta urbem primum muris instauratis circumdedissent, Olympiadis LXV. ab anno inde tertio vel quarto.

5. Quale autem et quantum illud opus fuerit, quod Athenienses Persarum praeda iam ditati non sine maximo sumptu extruxerunt, Thucydides satis claris verbis docuit, quanquam cum scribebat, post finem Peloponnesiaci belli, muris Lacedaemoniorum iussu dirutis, rudera sola extabant 18). Murorum Piraei, tradit, eam fuisse latitudinem, ut cum extru-

ed. Lat., et tetigi eundem in Addit. ad Leakii Topogr. p. 452 sq. Mihi etiam nunc Themistocles ille, qui Dionysio teste Olymp. LXXI, 4., id est quatuordecim annis ante Salaminium proelium, archon eponymus fuerat, alienus ab hac quaestione videtur, quod Themistocles, dico hunc Salaminium, anno Ol. LXXIV, 4. ἐς πρώτους νεωστὶ παριῶν ab Herodoto VII, 143, dicitur, et a Plutarcho Themistocl. 3 et alibi (v. Car. Sintenis in annot. illius l.) aliisque scriptoribus, adolescens vel iuvenis cum esset, a Marathoniiis tropaeis ad magnas res audendas excitatus esse fertur, et quod omnia eius maritima consilia, classis atruendae marisque obtinendi, quibuscum Piraei munitio coniunctissima erat, ad tempora inter Marathonium et Salaminium bellum intercedentia referuntur. V. ann. 16. Denique arbitror, quae traduntur a Plutarcho Themist. 31., Themistoclem diem obiisse post Cypriam Cimonis expeditionem (Ol. LXXXII, 3.) ac transegisse LXV. aetatis annos, multum praestare iis narrationibus, quas quidam Vv. Dd. illis opposuere. Ac si vera sunt, quae Plutarchus retulit: Themistocles anno LXXI, 4., quo duo et viginti annos natus erat, nondum poterat ad eam dignitatem proventus esse, ut, non sorte sed suffragiis, archontis honores consequeretur.

16) Thucyd. I, 14. τοῦ βαρβάρου προσδοκίμων ὄντος. Id ad Datis et Artaphernem spectare vix crediderim.

17) εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν, Thucyd. I, 93.

18) Ἐὰρ ὅτι νῦν ἐτι δῆλον εἶναι scribit τὸ πᾶχος τοῦ τείχους, I, 93.

erentur, duo plaustra magna saxa a diversis partibus advehere, et non interrupto cursu praetervehi et descendere possent: quibus verbis puto XVI ferme pedum latitudinem significari<sup>19</sup>). Ex his saxis, significat, murum totum exstructum esse, non ut alias fieri solebat, ut frontes e lapide duro structae et per diatonos colligatae rudi opere farcirentur, quod emplecton dicitur<sup>20</sup>). Singula autem saxa magnae molis fuisse et ita formata, ut anguli in iunctura sibi invicem responderent<sup>21</sup>): ex quo coniecerim, isodomum quidem fuisse genus structurae, in quo omnia coria pari crassitudine struuntur, attamen saxa non omnia fuisse quadrata, sed angulis vel prominentibus vel recedentibus inter se nexa<sup>22</sup>). Ad colliganda autem inter se saxa solas subsedes ferreas fronti lapidum esse immisas et plumbo vinctas<sup>23</sup>): quo genere iuncturae etiam Hecatompedi quadrata saxa inter se commissa sunt. Altitudinem murorum Thucydides non indicat, nisi quod duplicem efficere voluisse Themistoclem, addit, quam quae ab Atheniensibus perfecta sit: sed Appianus testis est, ad XL cubitorum, i. e. LX pedum, altitudinem, eos tum perductos esse<sup>24</sup>). Tantum opus molientibus hoc commode subvenit, quod saxa non e longinquo petenda erant, cum

19) Auget eam latitudinis definitionem Aristoph. Av. v. 1126. in describendis muris Nephelococcygiae, quibus duo ἄρματα, i. e. quadrigas, equis iuncta Durium magnitudine aequantibus, adversa praetervehi posse fingit.

20) Huc pertinere verba: ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ οὔτε πηλὸς ἦν, cum ipsa, tum quae iis opponuntur demonstrant. Χάλιξ significat lapides duros, ita adhibitos, ut sunt nati.

21) ἐν τομῇ ἐγγώνιοι.

22) Appianus tamen verbis, de bello Mithrid. c. 30: εἰργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου, pleraque saltem saxa quadrata fuisse significat. Thucydidem exscribit Procopius Panegyri. p. 510.

23) σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν (in exteriori facie) καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. Itaque in muris Piraeensibus ferreae illae subsedes fronti saxorum inhaerebant. Contraria ratione in Parthenonis muris saxis quadratis ita immissae sunt ut in exteriori facie non appareant.

24) Sic Appianus de bello Mithridatico c. 30., qui quod ea moenia Periclem ante bellum Peloponnesiacum etiam magis firmasse (μᾶλλον κρατύνασθαι) scribit, id nullo alio teste comprobatur.

Athenienses lapicidas habere prope ad Piraeum atque ad viam, qua ex portu in urbem ibant<sup>25)</sup>. Iam quod ad designationem murorum pertinet, quibus locis in tum in continentem versus, tum ad mare deducti sint, de ea re cum ex rudibus quae supersunt iudicandum sit, mihi quidem Leakii curis nihil nunc addere licet<sup>26)</sup>. Quamquam, ut ex lineis, quibus in tabula ab eo delineata circuitus murorum significatur, imaginem operis Themistoclei expedias, necesse est, ut longos muros, qui postea additi sunt, et Phalerensem portum segres, quem Themistoclem suis munimentis non cohibuisse certum est. Itaque muri sine dubio tum Munychiae peninsulae litoribus, quae meridiem et orientem spectant, insistebant, tum ab ostio Piraeensis portus circa totum sinum ab occidente et septentrione circumducti erant, ita ut orientem versus inter Munychiensem et Phalerensem portum ad litus pertingerent. Sic et ipse portus intra muros comprehendebatur, qui antiquorum mos erat portuum munimentorum, ut muri in molibus continuarentur, et turribus castellisve clauderentur, intra quae non magno spatio relicto introitus in portum pateret<sup>27)</sup>. Id ostium facili opere catenis aliisque machinis claudi poterat, qui dicitur λιμὴν κλειστός, neque primus tantum portus qui intrantibus obvius erat,

25) De λιθοτομίαις Πειραιῶς Xenophon Hist. Hell. I, 2, 14. Λιθοτομίας inter Piraeum et urbem sitas memorat Demosth. in Nicostr. p. 1252.

26) V. Leakius l. l. p. 354 sq.

27) Harum molium, quae χηλαί dicuntur, altera erat Eetionea, in qua CCC viri castellum struebant, ut inde in introitum portus dominarentur. V. Thucyd. VIII, 90 sqq., cuius verba haec sunt: Ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἡπειρον ὑπάρχοντι τείχει, ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸ ἀνθρώπων ὀλίγων ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου. Ἐπὶ αὐτὸν γὰρ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος, στενοῦ ὄντος, τὸν ἕτερον πύργον ἐτελεύτα τὸ τε παλαιὸν τὸ πρὸς ἡπειρον καὶ τὸ ἐντὸς τὸ καινὸν τείχος (ita Poppo e cod. Vat., recte puto) τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. I. e. Quadringenti viri cum eo muro, qui portum ambiebat et turri terminabatur, quae in mole procurrenti structa cum altera opposita turri ostium portus claudebat, coniungebant novum quendam murum, qui ab eadem turri incipiens sed intra portum maris litori insistens introitum portus custodiebat. Ἐπὶ τῷ γώματι ἔρουμα appellat id Xenoph. Hell. II, 3, 46., ἐπιτείχισμα Demosth. adv. Theocr. p. 1343.

sed etiam reliqui duo, quos sinus Piraeënsis complectitur, interiores 28). Hi autem interiores portus claudi non poterant, nisi si etiam his locis moles munitae cum muris in continentem terram perductis connexae erant, quibus emporium Piraeense in plures partes divisum fuisse apparet. Ac si his addideris Phalerensis portus munimenta, quae simul cum longis muris structa esse arbitror, et ipsos longos muros, quibus aditus ad emporium a continenti inde ex parte praestrueretur, coniecere licet, quid fabulae illi veri insit, traditae, ut videtur, a recentioribus *Θαυμάτων* enarratoribus, qui omnia in immensum amplificant, Piraeum septemplici muro circumdatum fuisse 29). Tot enim fortasse muri superandi erant, si quis Munychiae intimam et munitissimam partem a continenti inde terra invadebat 30).

6. Nunc cum de munimentis tantum, non de oppido Piraeensi, quod non ante Periclis tempora Hippodamo architecto inspectante exaedificatum esse persuasum habeo 31), hoc loco mihi dicendum sit, sermonem trans-

---

28) Ὁ Πειραιεύς λιμένας ἔχει τρεῖς πάντας κλειστούς Schol. Aristoph. Pac. v. 144. Sed Canthari, Aphrodisii, Zeae situm accuratius indicare hic superseedere possumus, cum ea quaestio ad Piraei accuratioris descriptionem pertineat. Ceterum Piraeensem portum non semper κλειστόν fuisse, intelligitur ex Xen. Hell. V, 1, 19. Cf. quae de Chiorum portu narrat Aeneas Poliorcet. c. 10.

29) Iam Velleius II, 23. circa multiplices Piraei portus munitiones laborasse Sulam narrat. Sex et amplius muros subruisse imperatorem Romanum tradit Florus III, 5, 10. Septemplicem fuisse murum legitur apud Orosium VI, 2. et alios infimae aetatis scriptores, quos memorat Meursius Piraeo 2.

30) τὸ τοῦ Πειραιῶς ὀχυρώτατον καὶ θαλάσση περίκλυτον, Appian. Mithrid. 40. Haec Munychiae arx, cum Cassandri praesidio teneretur, etiam post Piraeum a Demetrio captum muris suis defendebatur, quos Poliorceta victor destruxisse dicitur a Philochoro p. 79. Siebel. et Diodoro XX, 46.

31) V. Archaeol. Comp. §. 111. Krügers ad Dionys. historiogr. p. 336. et alii viri docti, qui Strabonem erroris arguunt, quod eundem architectum Piraeum et Rhodum urbem designasse scripsit, metuo ne tenere de Strabonis doctrina indicaverint.



fero ad Urbis moenia post Persarum excessum instaurata. Hos muros constat statim post reditum Atheniensium in patriam a Persis devastatam, Themistocle Spartae omnes machinas movente, ne Lacedaemoniorum interventus opus inceptum turbaret<sup>32)</sup>, ab universo populo, etiam mulieribus et liberis assumptis, tanto studio extractos esse, ut nulli publico privatove aedificio parceretur, cuius rudera aedificantibus usui esse possent. Neque murorum facies postea eam structurae festinationem dissimulabat, quorum crepidinis saxa (*Θεμέλιοι λίθοι*) non quadrata vel ad normam caesa (*οὐ ξυνειργασμένοι*), sed caementorum modo, ut quisque ea advexerat, congesta essent, ita ut etiam sepulcrorum cippos et sculptos lapides (*λίθοι εἰργασμένοι*) in muros inclusos conspicere liceret<sup>33)</sup>. Haec ubi Thucydides prodit, idem simul indicare videtur, superiores murorum partes alio structurae genere fuisse erectas. Ac vero quadrata saxa quominus exciderent, temporis angustiae et urguens necessitas prohibebant. Itaque credibile est, eas murorum partes fuisse lateritias, certe iis locis, quibus non ex antiquioribus moenibus copia caementorum, ex quibus illa extracta fuisse crediderim, supererat. Eam sententiam comprobat Vitruvius<sup>34)</sup>, qui e latere structum esse scribit Athenis murum, spectantem ad Hymettum montem et Pentelensem (nam de quo muro aptius haec dicta putes, quam de ipsius urbis moenium australi et orientali parte<sup>35)</sup>,

32) Thucydides I, 90-92. Thucydidem sequitur, ne plures memorem, Demosthenes contra Lept. p. 478. 479. Sed Ephoros Spartanos a Themistocle corruptos esse, addiderunt posteriore tempore Andocides ille de pace §. 37 sq. Theopompus ap. Plutarch. Themist. 19. Cf. Diodor. XI, 39. Polyaen. I, 30, 4. Nepos Them. 7. Iustin. II, 15. Frontin. Strat. I, 1, 10. Schol. Aristoph. Eqq. 824.

33) Thucydides I, 93., qui *εἰργασμένοι* non potest de saxis caesis, sed proprio quodam sensu de sculptis vel affabrefactis intelligere. Non improbabiler tamen Boettigerus in Archaeol. Picturae p. 121. *ἐπειργασμένοι* scribendum esse coniecerat.

34) de architectura II, 8.

35) Non diffiteor tamen, haec Vitruvii verba a me olim (in censura Niebuhriani operis, Ephem. liter. Halens. a. 1829. n. 126. p. 362.) aliter esse explicata,

nec non Aristophanes, cuius in Nephelococcygia, ventoso illo Athenarum urbis spectro, murus in fundamento lapideo ex lateribus luto commissis extruitur<sup>36</sup>), etiam Demosthenes, qui non lapidibus neque lateribus urbem se communiuisse, sed omni genere subsidiorum et bellicarum virium eam se firmasse profitetur<sup>37</sup>). Id vero murorum genus illis temporibus in Graecia pervulgatum erat. Velut Mantineae, quod fundamenta tantum murorum ex lapide structa, et structura laterum non coctorum superposita erat, civibus ab Agesipolide obsessis magnopere nocuit. Hic enim fluvium, oppidum perfluentem, aggere opposito exundare coegit, ita ut is supra crepidinem ad lateritiam usque structuram escendens omnem murorum com-

---

ita ut ad Hyperbii et Euryali s. Agrolae antiqua opera spectare viderentur, qui primi laterarias ac domos Athenis constituisse dicuntur (Plin. VII, 57). Discessi autem ab hac sententia, maxime quod lateritium murum Themistocle antiquiorem Vitruvii tempore superfuisse minus credibile est.

36) Aristophanis verba, Av. v. 1136 sqq. haec sunt:

Ὅρονιθες, οὐδείς ἄλλος, οὐκ Αἰγύπτιος  
 πλινθοφόρος, οὐ λιθοργός, οὐ τέκτων παρῆν,  
 ἀλλ' αὐτόχειρες, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.  
 ἐκ μὲν γε Λιβύης ἦκον ὡς τριςμύρια  
 γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκνῖαι λίθους.  
 τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν.  
 ἕτεροι δ' ἐπλινθοποιοῦν πελαργοὶ μύριοι.  
 ὕδωρ δ' ἐφόρουν etc.

Aegyptios, mones, significari non solum πλινθοφόρους sed etiam λιθοργούς et τέκτονας. Ceterum in Aegypto lateritias etiam fuisse pyramides, cryptoporticus Mausoleorum, privata multa aedificia, constat. Quae autem Aegyptiorum non tantum in lateribus faciendis sed etiam in portandis ars fuerit, nunc liquido perspicitur ex picturis Aegyptiis a Rosellinio in publicum editis. Posthaec ἐπλινθοποιοῦν G. Dindorfius scripsit ex con. pro. codd. lectione ἐπλινθοφόρουν, quae ferri nequit propter v. 1152.; ac certe ἐλιθοφόρουν incommodum esset, nam de saxis crepidinis iam dictum est, superior autem murus lateritius est. Ad lateres autem ducendos ciconiae propter rostrorum formam aptissimae esse videbantur Aristophani.

37) de corona p. 325.

pagem solveret <sup>38</sup>). Ubi vero ab aqua nihil metuendum erat, murorum architecti id genus structurae non improbabant, propterea quod lateres non cocti maiori tenacitate poliorceticis machinis resisterent quam lapides <sup>39</sup>). Ceterum hos muros etiam fossa circumductos fuisse, sicut antiquorum mos erat, nullus dubito <sup>40</sup>).

7. Quod ad situm et designationem eorum murorum attinet, de ea re cum ex antiquorum scriptorum fide perpauca constant, soli locorum *αὐτόπται* integram et plenam eius notitiam praestare poterunt. Ex his Leakeius V. Cl. ad nostrum usque tempus eam quaestionem diligentissime tractavit. Quanquam eam nondum ita absolvit, ut ex murorum vestigiis, quae notata sunt, munientium consilium et in hostibus arcendis providentia appareret. Sane versus austrum, praeter Iliesi ripam, facile intelligas, murorum designationem sequi eam lineam, quam ipsa natura videri possit collium et editorum locorum declivitate munimentis Athenarum praescripsisse; neque, si testimonia veterum scriptorum sequimur, muri hac

38) V. Xenophon Hell. V, 2, 4. et Pausan. VIII, 8, 5. Cf. Leakeius in Descr. Moreae T. I. p. 103. Lateres coctos non fuisse, sed aëre et sole siccatos (*ὠμὴν πλίνθον*, *lufttrockne Lehmsteine*) docet Pausanias. Hos Xenophon dicit *πλίνθους γῆινους*, Anab. VII, 8, 14., illos *πλίνθους κεραμίας*, Anab. III, 4, 7., vel *ὀπτὰς* II, 4, 12. Sed plerumque *πλίνθοι* habendae sunt pro lateribus non coctis, ut Memor. Socr. III, 1, 7.: *ἐπειδὴν ταχθῆ κατὰ μὲν καὶ ἐπιπολῆς τὰ μῆτε σηπόμενα μῆτε τηκόμενα, οἳ τε λίθοι καὶ ὁ κέραμος, ἐν μέσῳ δὲ αἱ τε πλίνθοι καὶ τὰ ξύλα, ὥσπερ ἐν οἰκοδομίᾳ ξυντίθενται κ. τ. ἔ.* Lateritii erant etiam muri, quibus Peloponnesii Plataeas circumduxerunt. Horum altitudo, Thucydide teste III, 20, e numero ordinum s. coriorum (*ἐπιβολῶν*), ubi nullo tectorio inducti erant, computari poterat: unde probabiliter colligi puto a Bloomfieldio, certum laterum apud Graecos tum fuisse modulum.

39) Pausan. VIII, 8, 5.

40) V. Aeschines in Ctesiph. §. 236. (ex quo intelligitur, etiam vallum, (*χαράκωμα*) cum fossis fuisse coniunctum) et Demosth. de corona p. 325. De Plataearum obsidione Thucyd. II, 78. *τάφος δὲ ἐντὸς ἦν καὶ ἐξῴθεν, ἐξ ἧς ἐπλινθεύσαντο.*

parte a terminis ichnographiae Leakianae multum dimoveri poterunt <sup>41)</sup>. Sed occidentem versus, qua muri non minus ex vestigiis locorum adumbrari posse dicuntur, illorum designatio ab eorum collium, in quibus Pnyx et Museum sita erant, devexis et praeruptis lateribus ita recedit, ut summa collium, quae muris comprehendi consentaneum ac necessarium fere videretur, partim intra partim extra essent. Idque eo magis mirari licet, quod Pausanias <sup>42)</sup> Musei collem intra muros fuisse testatur. Ac constat, eodem Pausania aliisque auctoribus, in hoc ipso colle Macedones, Demetrio Peliorceta imperante, munimentum condidisse, quod quas molestias Atheniensibus exhibuerit, satis notum est. Neque tamen dimidia eius collis superficies, quae, si Leakium sequimur, sola intra urbem relinquitur, castello illi, quod valido praesidio tenebatur, aream satis amplam praestare poterat; certe consultius erat, castelli muros ita deducere, ut extremis et praeruptis collis marginibus insisterent. Itaque haec repetitae et accuratiori, si fieri potest, locorum pervestigationi relinquimus. In altero colle, in quo Pnyx constituta erat, novimus partem muri, quae media erat inter Piraicam et Sacram portam et Heptachalcum appellabatur, in-

---

41) Inter australem Athenarum murum et Ilissum *περίπατος* erat, descriptus a Platone Phaedr. p. 227. et in Axiocho dialogo. Huius sub initium, p. 364., Socrates narratur in *περίπατω* fuisse Cynosargen versus (p. 372.) ad Ilissum. Hic Axiochus eum conspicatus ex urbe ad Callirrhoen fontem procurrit, ut eum voce assequi possit. Socrates iam ambulatione illa relicta transverso tramite Axiocho obviam it, ab eoque ad patris aedes perducitur, quo, postquam praeter murum ad Itoniam usque portam tetenderant, eaque porta in urbem introierant, prope ad Amazonis cippum (i. e. prope templum Olympium, v. Plut. Thes. 27.) deveniunt. Intelligitur, Cynosargen ab Ilisso versus boream neque a muro longe dissitam fuisse, Callirrhoen autem non magno spatio versus austrum a muro seiunctam. Etiam Phaedrum Platonicum, probabile est, eadem Itonia porta eundem fere *περίπατον* adire, siquidem antea in Morychia domo, prope ad Olympium, substiterat, ac Socrati, qui non nisi invitatus urbe exire solebat (p. 230.), antequam portam attingeret, obviam fieri eumque ad *περίπατον* illum secum deducere.

42) Pausan. I, 25, 6.

cursioni hostium maxime fuisse obnoxiam <sup>43</sup>); idque quam habuerit causam, facile intelligimus, si forte ea collis pars, quae extra muros relinquebatur, altior erat interiore; ab hac parte Sullam constat Athenas expugnasse. Sed magis offendit, quod Athenarum muri versus orientem radices eius collis, quem vulgo nunc minorem Anchesmum appellant, si ichnographiae quam dixi fides est, ita stringebant, ut, si qui hostes eum collem occupavissent, ii non balistis tantum et catapultis, sed etiam sagittis et fundis oppidanos de muro deturbare potuisse viderentur: nisi forte peculiare aliquod castellum, in vicino et altiore colle, quem vulgo maiorem Anchesmum dicunt <sup>44</sup>), extractum hostes ab occupandis his locis arcebat. At huius tamen castelli neque vestigium indicatur, neque eius munitionis mentionem iniiciunt antiqui scriptores, nisi eo revocaveris Siceliam, locum editum prope urbem, quem ut munirent, ne urbs ipsorum ab ea parte expugnaretur, oraculum Dodonaeum Athenienses monuisse narratur, sed frustra <sup>45</sup>).

8. Portarum designatio, si ex vestigiis Acharnicarum pylarum coniecturam capimus, ad eam normam facta esse videtur, quam antiquitas Graeca ubique observabat, et cuius manifestissimum documentum etiam nunc in ruderibus murorum Mantinensium habetur. Nam antiquorum tacticae et poliorceticae artes cum praecipue in discrimine dextri et sinistri lateris et singulorum militum et universi exercitus tanquam in cardine verterentur, quorum illud, τὸ παρὰ δόρυ, ad aggrediendum validum sed ad defendendum maxime contra tela eminus missa infirmum erat, hoc autem, τὸ κατ' ἀσπίδα, inhabile ad impetum, sed mobili quodam muro satis munitum erat: etiam in muniendis oppidis aditus murorum ita instituebantur, ut accedentium dextro lateri turrēs vel prosilientes murorum anguli

---

43) Plutarch Sulla 14.

44) Hic est, quem P. G. Forchhammerus argumentis idoneis Lycabettum esse evicit.

45) Pausan. VIII, 11, 6. Hac in re maxime quaerendum, in quem collem maxime quadret nomen τοῦ τρισκελοῦς λόφου, quod Suidas s. v. σικελίσειν eidem tribuit.

imminerent, qui accessum ad portam infestum et periculosum reddere possent 46). Quam rationem etiam ita invertere licebit, ut ubi anguli procurrentes, quales significavi 47), in vestigiis murorum reperiuntur, laeva parte (id est, laeva eorum, qui extrinsecus accedunt) portam fuisse coniciatur: quod si sequimur, portam funerum (*τὰς ἡρίας πύλας*), si ea dextra parte Acharnicas exceptit, certo loco constituere poterimus. Neque tamen celaverim, portam, quam Leakius Africum versus indicat 48), ad illud praeceptum parum respondere.

Qui horum murorum ambitus fuerit, de ea re unum tantum directum et exactum testimonium, sed, quod dolendum, non ad universam quaestionem solvendam idoneum extat. Thucydides enim refert, murum Athenarum urbis, qua tenus in Peloponnesiaco bello praesidio egeret neque longorum murorum brachiis inclusum et satis defensum esset, tria et quadraginta stadiorum mensuram implevisse. Quominus autem inde universum urbis ambitum colligamus, prohibemur defectu notitiae de spatio, quod inter illa longorum murorum brachia intercedebat; qua potiri eo difficilius est, quo plura etiam in longorum murorum cognitione manca et obscura restant 49).

46) V. Vitruvius I, 5.: Excogitandum, uti portarum itinera non sint directa sed *σκαιά*, et quae seq. Ex recentioribus scriptoribus de hoc poliorceticae antiquae praecepto diligentissime dixit Leakius in Topogr. Athen. p. 242. ed. Germ. et in Descr. Moreae T. I. p. 104.

47) Huiusmodi angulos *γωνιασμούς* dictos esse puto. V. Lysias in Lysitheum ap. Harpocr. s. v. *γωνιασμοί*, quo loco significari videtur, aliquem, qui intra urbem praeter murum iret, post versuram quandam *γωνιασμόν* et *εὐρυχωρίαν*, i. e. angulum procurrentem et liberam in eo aream, ad laevam habuisse.

48) Krusius, Hellad. II, I. p. 163., hanc *ἡρίας πύλας* esse putat: sed a quaestione de portarum nominibus nunc abstineo.

49) Scholia Thucydidis quod docent, XVII stadiorum hanc murorum partem fuisse, scilicet ut omnis ambitus LX stadiorum esset, id plane incredibile; et quae sit erroris causa et origo, iam Henr. Stephanus viderat. V. Popponis Thucyd. P. III. V. II. p. 66.

9. Longos hos muros Athenienses non ante extruere coeperunt, quam cum ea consiliorum ratione, quam Themistocles proposuerat, mutata (id sibi in animum induxissent, posse etiam salva urbe emporium et mare in ditione retineri, modo adversarii, quibuscum bellandum esset, navalibus copiis ne superiores fierent. Hoc enim ei munitionum generi propositum erat, ut etiam ea oppida, quae ex prisco Graecorum more condita non ipsis litribus insistebant, sed quodam spatio inde disiuncta erant, insularum instar a terra continenti segregarentur, qua re a molesta Spartanorum tutela liberarentur, quorum non eadem erat in oppugnandis munimentis peritia atque in pugna apertis locis conserenda. Quo factum est, ut τὰ μακρὰ τεῖχη velut tessera quaedam, quae per exercitum diditur, per omnem Graeciam ἀττικίζουσαν et δημίζουσαν celebrarentur, et postquam Athenae primum et clarissimum eius rei exemplum prodiderant, in simili causa etiam Megaris, Argis, Patris, Corinthi, etiam Sicyoni longi muri struerentur<sup>50</sup>).

Atheniensium consilio exsequendo duos muros sufficere potuisse apertum, qui ab urbis moenibus usque ad munimenta Piraei pertingerent, quibus cum tribus portibus Piraeensis sinus et Munychiensi etiam navalia et navium armamentarium (νεώσοικοι et νεώρια) comprehendebantur, et primaria dominationis subsidia ab hostium incursu defendebantur. Nihilominus Atheniensibus etiam Phalerensis portus, qui extra Piraei munimenta relictus erat, curae esse debebat, ne forte hostis maritimis copiis non invalidus, his navalibus, quae omnium urbi proxima et iam antiquitus ad classem apparandam instructa erant, potiretur. Hacpropter praeter duos illos muros, qui per XL stadiorum spatium ad Piraeense oppidum extendebantur<sup>51</sup>) et peculiari nomine τὰ σκέλη appellantur, tertius

50) Aristophanis verba, Eqq. 812. τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν, de Themistocle dicta non ad longos muros, quos Schol. imperite affert, sed ad munitionem tantum emporii referenda esse apertum est. Cf. v. 885.

51) Schol. Aristoph. Equ. 825. (812.) numerum XXXV stadiorum in Piraeicum murum a Phalerico transtulisse videtur. Rectius Strabo IX. p. 395. Diogen. Laert. Antisth. VI, 1, 2. aliique.

murus longus, sed illis paulo minor, per XXXV stadia, ad Phalerum deductus est, quem portum iisdem temporibus munimentis circumdatum esse probabile fit. Quare Athenienses, fortasse etiam hoc spectabant, ut si forte hostes alterutrum exteriorum murorum expugnassent, si modo reliqui duo muri defendi possent, iter ad mare Atheniensibus nondum interclusum esset<sup>52</sup>). Ac poterant etiam eo moveri, quod arctum spatium inter duos muros Piraicos facilius defendi posset, quam latius inter Phalericum et Piraeicum. Quidquid autem consilii in ea re fuisse suspicemur: pro certo habendum est, triplici muro sub initium belli Peloponnesiaci Athenas cum portibus coniunctas fuisse. Hoc enim fateri cogit locus primarius Thucydidis, ubi Pericles Athenienses, quo apparatu ad defendendam urbem instructi sint, edocet. Sedecim milia civium et inquilinorum pone murorum pinnas disposita esse. Ex iis muris, Phalericum XXXV stadiis extendi usque ad ipsam urbem; huius moenium orbem eo usque, ubi longi muri ei adiuncti essent, XLIII stadiorum esse; longos muros ad Piraeum usque XL stadiorum, quorum exteriorem custodiendum esse; muros autem Piraei et Munychiae LX stadia amplecti, quorum dimidiam partem propugnatoribus opus habere (quod altera dimidia pars, puta, vel mari vel longis muris satis defenderetur). Manifestum est, Thucydidem in hoc recensu ab australi regione ad orientalem et septentrionalem progredi et universas Athenas quodammodo circuire, ut menti lectorum plena locorum, quae tum custodienda fuissent, imago proponeretur. Facile est enim, numeros indicatos (XXXV et XLIII et XL et XXX) computare et inde summam colligere CXLVIII stadiorum, eamque dividere in multitudinem propugnatorum, ex qua computatione efficitur unicuique militi quinque pedum et semissis spatium defendendum obvenisse, puto quod pinnarum intervalla hanc fere mensuram habebant<sup>53</sup>). Ubi autem Thucydides ab ambitu ur-

52) Haec innuit Schol. in Platon. Gorg. p. 22, 7. ed. Bekker.: *ἴν' εἰ τὸ ἐν καταβληθῆν, τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄρτι πολλοῦ.* Cf. annot. 59.

53) Colligemus quidem infra (comm. II.) ex titulo, quem dixi, pinnas in moenibus urbis cum muris interiectis quaternorum fuisse pedum: sed poterant muri longi et Piraeenses pinnas habere seniorum pedum vel etiam paulo maiores, ut numerus sedecim milium hac ratione dispositus sufficeret.



9. Longos hos muros Athenienses non ante extruere coeperunt, quam cum ea consiliorum ratione, quam Themistocles proposuerat, mutata id sibi in animum induxissent, posse etiam salva urbe emporium et mare in ditioe retineri, modo adversarii, quibuscum bellandum esset, navalibus copiis ne superiores fierent. Hoc enim ei munitionum generi propositum erat, ut etiam ea oppida, quae ex prisco Graecorum more condita non ipsis litribus insistebant, sed quodam spatio inde disiuncta erant, insularum instar a terra continenti segregarentur, qua re a molesta Spartanorum tutela liberarentur, quorum non eadem erat in oppugnandis munimentis peritia atque in pugna apertis locis conserenda. Quo factum est, ut τὰ μακρὰ τεῖχῃ velut tessera quaedam, quae per exercitum diditur, per omnem Graeciam ἀττικίζουσαν et δημίζουσαν celebrarentur, et postquam Athenae primum et clarissimum eius rei exemplum prodiderant, in simili causa etiam Megaris, Argis, Patris, Corinthi, etiam Sicyoni longi muri struerentur<sup>50</sup>).

Atheniensium consilio exsequendo duos muros sufficere potuisse apertum, qui ab urbis moenibus usque ad munimenta Piraei pertingerent, quibus cum tribus portibus Piraeensis sinus et Munychiensi etiam navalia et navium armamentarium (νεώσοικοι et νεώρια) comprehendebantur, et primaria dominationis subsidia ab hostium incursu defendebantur. Nihilominus Atheniensibus etiam Phalerensis portus, qui extra Piraei munimenta relictus erat, curae esse debebat, ne forte hostis maritimis copiis non invalidus, his navalibus, quae omnium urbi proxima et iam antiquitus ad classem apparandam instructa erant, potiretur. Hac propter praeter duos illos muros, qui per XL stadiorum spatium ad Piraeense oppidum extendebantur<sup>51</sup>) et peculiari nomine τὰ σκέλη appellantur, tertius

50) Aristophanis verba, Eqq. 812. τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν, de Themistocle dicta non ad longos muros, quos Schol. imperite affert, sed ad munitionem tantum emporii referenda esse apertum est. Cf. v. 885.

51) Schol. Aristoph. Equ. 825. (812.) numerum XXXV stadiorum in Piraicum murum a Phalerico transtulisse videtur. Rectius Strabo IX. p. 395. Diogen. Laert. Antisth. VI, 1, 2. aliique.

murus longus, sed illis paulo minor, per XXXV stadia, ad Phalerum deductus est, quem portum iisdem temporibus munimentis circumdatum esse probabile fit. Qua re Athenienses fortasse etiam hoc spectabant, ut si forte hostes alterutrum exteriorum murorum expugnassent, si modo reliqui duo muri defendi possent, iter ad mare Atheniensibus nondum interolum esset<sup>52</sup>). Ac poterant etiam eo moveri, quod arctum spatium inter duos muros Piraicos facilius defendi posset, quam latius inter Phalericum et Piraeicum. Quidquid autem consilii in ea re fuisse suspicemur: pro certo habendum est, triplici muro sub initium belli Peloponnesiaci Athenas cum portibus coniunctas fuisse. Hoc enim fateri cogit locus primarius Thucydidis, ubi Pericles Athenienses, quo apparatu ad defendendam urbem instructi sint, edocet. Sedecim milia civium et inquilinorum pone murorum pinnas disposita esse. Ex iis muris, Phalericum XXXV stadiis extendi usque ad ipsam urbem; huius moenium orbem eo usque, ubi longi muri ei adiuncti essent, XLIII stadiorum esse; longos muros ad Piraeum usque XL stadiorum, quorum exteriorum custodiendum esse; muros autem Piraei et Munychiae LX stadia amplecti, quorum dimidiam partem propugnatoribus opus habere (quod altera dimidia pars, puta, vel mari vel longis muris satis defenderetur). Manifestum est, Thucydidem in hoc recensu ab australi regione ad orientalem et septentrionalem progredi et universas Athenas quodammodo circuire, ut menti lectorum plena locorum, quae tum custodienda fuissent, imago proponeretur. Facile est enim, numeros indicatos (XXXV et XLIII et XL et XXX) computare et inde summam colligere CXLVIII stadiorum, eamque dividere in multitudinem propugnatorum, ex qua computatione efficitur unicuique militi quinque pedum et semissis spatium defendendum obvenisse, puto quod pinnarum intervalla hanc fere mensuram habebant<sup>53</sup>). Ubi autem Thucydides ab ambitu ur-

52) Haec innuit Schol. in Platon. Gorg. p. 22, 7. ed. Bekker.: *ἴν' εἰ τὸ ἐν καταβληθῆ, τὸ ἄλλο ὑπηρετοῖν ἄχρι πολλοῦ.* Cf. annot. 59.

53) Colligemus quidem infra (comm. II.) ex titulo, quem dixi, pinnas in moenibus urbis cum muris interiectis quaternorum fuisse pedum: sed poterant muri longi et Piraeenses pinnas habere seniorum pedum vel etiam paulo maiores, ut numerus sedecim milium hac ratione dispositus sufficeret.

bis ad longos muros pervenit, ut boreale munimentorum latus designet, aperte exteriorum murum, qui custodiendus esset, distinguit ab interiore muro itidem ad Piraeum deducto, qui nullis tum propugnatoribus egebat. Qui non intelligo ubi terrarum quaeri possit, nisi ab illo boreali muro austrum versus, inter borealem et Phalericum murum.

10. Quae in persuasione confirmatur his, quae antiqui scriptores de temporibus, quibus longi muri structi sint, tradiderunt. Athenienses, Thucydide auctore, longos muros, et Piraicum et Phalericum<sup>54)</sup>, ad mare deducere coeperunt eodem tempore, quo bellum cum maritimis Peloponnesi civitatibus geri coeptum est, circa Olymp. LXXX. a. 3. Ac Cimoni quidem, qui hoc ipso anno vel fortasse proximo sequenti ostracismo pulsus Athenis secessit, fundamentorum iaciendorum consilium tribuitur, opus magnum et difficile, siquidem, Plutarcho teste, loca paludosa, per quae muri illi deducendi erant, ingentibus saxis et multo silice solidanda erant<sup>55)</sup>. Quanquam propter ea, quae Thucydides tradit partium tum Athenis studia fuisse, ipsum Cimonem huic operi, invidioso illi apud optimatem factionem, non magnopere favisse crediderim. Absolutum autem est horum murorum opus medio tempore inter Oenophyteensem pugnam atque Aeginae expugnationem, id est Olympiadis LXXX anni 4. auctumno. Hoc tamen anno non nisi borealem sive exteriorum murum Piraicum extractum esse, Athenienses etiam Andocidis tempore reminiscuntur. Qui quidem orator in oratione de pace neququam eam fidem praestat, quam ab historico expectaveris, sed in hac re mentiri non poterat, cum seniores eius auditores eum facile mendacii coarguissent. Dico praecipue de ea re, quod borealem murum prius extractum dicit quam

54) τὰ μακρὰ τεῖχη ... τὸ τε Φαληρόν τε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ, Thucyd. I, 107.

55) χάλικι πολλῇ καὶ λίθοις βαρέσι τῶν ἐλῶν πιεσθέντων, Plat. Cim. 13. Hac quidem in vita Plutarchus eam rem ante Olymp. LXXVIII. a. 4. reponere videtur. Sed universa temporum descriptio in Plutarcho saepe tam indiligenter facta est, ut singula tantum excerpere et in iustum ordinem, cuius notitiam Thucydidi fere soli debemus, referre liceat.

australem <sup>56</sup>). Australem autem murum non prius extractum esse dicit, quam post foedus tricennale, quod Olymp. LXXXIII. a. 3. ab Atheniensibus et Peloponnesiis ictum est <sup>57</sup>), ante Peloponnesiaci belli initium, Olymp. LXXXVII, 1. Cui sententiae magnum, ut mihi quidem videtur, inde accedit subsidium, quod Socrates Platonicus dicit <sup>58</sup>), se Periclem ipsum audivisse, cum in comitiis populo, ut medius murus, τὸ διὰ μέσου τεῖχος, extrueretur, persuaderet. Atqui Socratem constat Olymp. LXVII. a. 3. natum non ante Olymp. LXXXII. a. 3. comitiis civium interfuisse; itaque cogimur, si Platoni fidem non denegamus, ut post muros Olympiade octogesima inchoatos et absolutos aliud opus ad muros longos pertinens Pericle auctore susceptum esse statuamus. Idque opus fuisse murum Piraicum interiorem, qui, si de altero Piraico cogites, australis, si ad Phalericum simul respexeris, medius dici potest, iam antiqui grammatici intellexerunt <sup>59</sup>). Postremo, ut cumulum superaddamus huic ratiocinationi,

56) V. Andocides de pace p. 91. R. §. 5. coll. Aeschine de falsa leg. §. 173. Video quidem Krügerum in commentat. edita ab A. G. Bekkero (*Andocides übersetzt und erläutert von A. G. B. S. 258.*) huic narrationi fidem denegare, ut per se improbabili et Thucydidis diserto testimonio refutatae. Sed utrumque cur a V. D. minus recte dici putem, apparet ex iis, quae superiore loco scripsi. Idem tamen ea, quae de illa pace Andocides narrat, tanquam tricennali foedere antiquiori et per XIII. annos observata, ex confusis notionibus orta esse, minime infitior.

57) Andoc. p. 93. R. §. 7.

58) Plato Gorgia p. 455. e. Τὸ διὰ μέσου τεῖχος nihil esse nisi synonymum τῶν μακρῶν τευχῶν, aegre crediderim, quanquam silentio premendum non est, scriptorem posteriorum temporum, Dionem Chrysost. Or. 6. p. 199. R., longos muros τὰ διὰ μέσου τεῖχη appellare.

59) Harpocratio s. v. διὰ μέσου τεῖχος (p. 57, 23. ed. Bekker.): Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα. τριῶν ὄντων τευχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλῃτι (fragm. 469. Dind.), τοῦ τε βορείου καὶ τοῦ νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ νότιον, οὗ καὶ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργία. Similis videtur fuisse notitia excerpta et ita corrupta, ut nunc ne intelligi quidem possit; in Schol. in Plat. Gorg. p. 22, 7. ed. Bekker. Memorabile tamen, quod hoc scholion affirmat, ἄχρι νῦν εἶναι ἐν Ἑλλάδι τὸ διὰ μέσου τεῖχος.

Cratinus, comicus poeta, quod queritur, Periolem iam dudum multa verba facere de longis muris, opus autem non moliri<sup>60)</sup>, propter duas causas non ad alium longum murum, quam ad australem Piraicum spectare potest, primo quod septentrionalem murum, cum Phalerico, mirifica cum velocitate perfectum esse, Thucydide teste cognovimus, secundo quod hi muri ante extracti sunt, quam Cratinus ad commissiones scenicas accederet (quod Olymp. LXXXI. a. 3. factum esse, Eusebius chronographus testatur)<sup>61)</sup>. Huius *διὰ μέσου τείχους* opus faciendum conduxit architectus Callicrates, nam de hoc muro, non de boreali accipienda esse Plutarchi verba<sup>62)</sup>, praeter alias causas apertas inde probabiliter colligitur, quod idem Callicrates Parthenonis architectus fuisse traditur, quae aedes Olymp. LXXXIV et LXXXV struebatur<sup>63)</sup>.

60) apud Plutarchum Pericl. 13. et de gloria Atheniens. c. 8. (p. 351. a. Steph.). Illo loco Plutarchus τὸ μακρὸν τεῖχος idem esse, de quo Socrates dixerit, significat; hoc l. nomine τοῦ διὰ μέσου τείχους utitur.

61) Cf. Meinekius Quaest. scenic. Spec. 1. p. 16., qui et ipse ab ea sententia stat, certe non ante annum indicatum Cratinum in scena floruisse.

62) Τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκούσαι φησὶν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλείους, ἤργολάβησε Καλλικράτης. Plut. Pericle 13.

63) Huius, quam hic proposui, problematis multum agitati solutionis primas lineas iam descripsi ante hos XV annos in brevi Athenarum topographia, inserta encyclopaediae Halensi T. VI. p. 223. disputans ibi contra Hawkinsium maxime, qui de longis muris Athenarum scripsit in Walpolii collectione: *Memoirs* p. 522. Postea Krügerus contra Leakium, in libro de topogr. Athenarum p. 364 sqq. duos solos fuisse muros contendentem, ex Thucydidis maxime verbis argumenta repetiit: qui quae in Ephemer. Halensibus a. 1827. p. 141 sq. scripsit, in sermonem Latinum conversa dedit Poppo Thucyd. III, II. p. 62. Cf. quae dixi in additamentis ad Leakii topogr. in Germania editam p. 467 sq. (ubi v. penultimo typhothetae error ne quosdam lectores fefellerit, vereor). Ceterum τὰ σκέλη proprie muros ad Piraeum deductos audivisse, quod Strabo IX. p. 395. refert, credibile, cum ii eadem essent longitudine et eandem lineam sequerentur. Τοὺς Ἀθηναίους τοὺς ἐν μακρῷ τείχει apud Andoc. de myster. §. 45. existimo omnes esse, qui intra muros longos, Piraicos et Phalericum, habitarent.

11. Quod magni huius operis tam tenuis et obscura memoria superest, in causa fuit potissimum magna mutatio, quam Athenarum munimenta subire cogebantur, cum Spartani Atheniensibus devictis bello Peloponnesiaco finem imposuissent. Nam durante hoc bello Athenienses muros, ubi forte laborabant, diligenter refecisse videntur<sup>64</sup>). At vero cum Spartani Lysandro duce Athenis imminerent, illi primum inter paces leges postulaverant, ut dena stadia de utroque longo muro (id est de Piraico, qui borealem et australem complectitur, et de Phalērico<sup>65</sup>) diruerentur. Mox cum Theramenis malis artibus effectum esset, ut Athenienses fame et inopia omnium rerum pressi ne durissimas quidem pacis leges aspernari possent, concessum est, ut omnes longi muri, et praeter eos etiam munimenta Piraei diruerentur<sup>66</sup>).

12. Restitutos esse hos muros, satis constat, maximam quidem partem a Conone, Persarum tum classis praefecto, et pecunias a Pha-

64) In titulo circa Olymp. XC. scripto apud Boeckhium Oecon. Ath. publ. T. II. p. 198. Corp. Inscr. Graec. n. 76. populus iubet (§. 9.): *Ἐπειδὴν δὲ ἀποδομένα ἢ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τεῖχη τοῖς περιούσι χρῆσθαι χρήμασιν.* — Obscuram quandam alius operis ad longos muros pertinentis mentionem reperio in Aristoph. Eqq. 817. sq. οὐ δ' Ἀθηναίους ἐζήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι διατειχίζων καὶ χρησιμῶν, ὃ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζων, quibus verbis significari puto Cleonis aliquod munimentum, quo urbem, ut etiam capto Piraeo defendi posset, a longis muris segregaverit. Cf. Schol.

65) Προκαλοῦντο (οἱ Λακεδαιμόνιοι) τῶν μακρῶν τευχῶν ἐπὶ δέκα σταδίου καθελεῖν ἑκατέρου. Xenoph. Hell. II, 2, 15. Iisdem paene verbis Lysias in Agorat. §. 18. utitur: τῶν τευχῶν τῶν μακρῶν ἐπὶ δέκα στάδια ἑκατέρου, Quae, puto, non tam offendunt, si τὰ σκέλη pro uno τείχει haberi potuisse reputaveris.

66) V. Xenoph. Hell. II, 2, 20. τὰ μακρὰ τεῖχη καὶ τὸν Πειραιᾶ καθελεῖν, cf. Lys. in Agorat. §. 14. Consilia XXX virorum Piraeum muris nudasse contendit Lys. in Eratosth. §. 40. (quo loco puto Taylorum verum vidisse, et scribendum esse: ἀλλ' ὅτι ἑαυτοῖς κ. τ. λ.) Συνέθεντο τὴν εἰρήνην ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τεῖχη τοῦ Πειραιῶς περιελεῖν, Diodorus XIII, 107.

nabazo satrapa sibi concessas in usum patriae convertente, sed partim etiam ab ipsis Atheniensibus aerario suo non parcentibus, et a Boeotis aliisque vicinis gentibus per voluntarias collationes Athenienses sublevantibus, Olymp. XCVI. a. 4. 67). Quod si quaesiveris, quinam eo tempore muri restituti sint, coniecturam ex probabilitate capere licebit, Athenienses tum intra fines necessariorum operum substitisse, neque plures quam duos muros ad mare deduxisse, Phalerense autem emporium munimento quodam ab australi muro in transversum deducto inclusisse. Eaque sententia aperte eo comprobatur, quod in scriptoribus posteriorum temporum nulla nisi duorum murorum mentio extat 68), atque insigni maxime documento nostri tituli, in quo τὸ βόρειον et τὸ νότιον τεῖχος sola commemorantur 69). Non mirum igitur, ipsis in locis duorum tantum murorum vestigia nunc conspici, siquidem, cum Cono reficiendorum munimentorum opus festinaret, omnia quae ab antiquioribus muris supererant saxa et caementa sine dubio statim adhibebantur, atque Phalerici muri etiam fundamenta, quae tum sola restitisse credibile est, faciliore negotio e solo evellebantur, quam quo saxa eiusdem molis e lapidinis parari poterant. Itaque quae nunc his locis murorum vestigia extant, duodenos fere pedes lata, et centum et quinquaginta pedum spatio inter se distantia, duo brachia Piraici muri, quem Conone auctore Athenienses extruxerunt, referre existimo.

13. Proximo post Cononem saeculo muros Atheniensium unquam eversos et refectos esse non traditur, sed continua tamen cura indigebant. Hanc quidem curam saepe in futiles res et vanam speciem, velut in tecto-

---

67) V. Xenoph. Hell. IV, 8, 9. 10. 12. Diodor. Sic. XIV, 85. Nepos Conon. 4. Timoth. 4. cf. Demosth. adv. Leptin. p. 477. 478. Etiam Plato Menexeno p. 245. eas res tangit.

68) V. ex. gr. Liv. XXXI, 26., qui diserte testatur, Philippi Demetrii f. temporibus nihil nisi semirutum murum his locis superfuisse, qui brachiis duobus Piraeeum Athenis iunxerit. Haec duo brachia etiam tum τὰ σκέλη dicta fuisse, Scylax et alii testes sunt. V. Meursius Piraeeo c. 2.

69) V. v. 120.

rium pinnarum conversam esse, circa Olynthii belli tempora, quibus Eubulus Anaphlystius <sup>70)</sup> redituum administrationi praeerat, queri solet Demosthenes (Olymp. CVII.) <sup>71)</sup>. At cum Philippi contra Athenienses expeditio iam immineret, exeunte Olymp. CX. a. 2, archontē Lysimachide, Demosthenes lege ad populum lata effecit, ut tribuum comitia haberentur Scirophorionis d. II et III, et in iis a quavis tribu curatores moenium eligerentur, et ipse tum a Pandionide tribu gravissimo huic muneri praefectus est. Quo dum fungebatur, imminente post pugnam Chaeronensem ipsi urbi summo periculo, Demosthenes pro parte sua decem fere talentis ex aerario publico acceptis ipse supererogatione facta impendit tria talenta, et duas fossas suis sumptibus circa Piraeum duxit <sup>72)</sup>.

70) De hac Eubuli potentia, non dico potestate, primarium est testimonium Aeschinis contra Ctesiph. §. 25., fortasse oratoria quadam illud hyperbole exaggeratum, sed non abhorrens tamen a veritate. Quod *σκευοθήκην ὠκοδόμων* dicit, secundum pendente imperfecti sensum sic explicandum est, ut Eubulum cum collegis in munere theorico incepisse hoc opus statuatur. Absolvise enim illud constat Lycurgum.

71) Demosthen. Olynth. III. p. 36. *καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν; καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν; καὶ κρήνας; καὶ λήρους;* Idem de contrib. p. 175. *δημοσίᾳ μὲν ἢ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάματα καὶ λήρους.* Adv. Aristocratem p. 689. *δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιάτε, ὡς μικρὰ καὶ γλίσχροα, αἰσχύνῃ λέγειν.* Ceterum ad tempora Ol. CVII. pertinere videntur, quae de Conone Timothei filio narrantur a Cornelio Nep. Timoth. V. cit. *Huius (Timothei) post mortem (Ol. CVI. a. 3. v. Clinton Fast. Hell. h. a.) cum populum iudicii sui paeniteret, multae novem partes detraxit, et decem talenta Cononem, filium eius, ad muri quandam partem reficiendam iussit dare.*

72) Γραφή scripta Elaphebolione mense anni Ol. CX, 3. Chaeronda archonte, ap. Demosth. de corona p. 243. *Ἔστι δὲ Δημοσθένης τειχοποιὸς καὶ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος.* Plebiscitum ap. eundem p. 266. *ἐπειδὴ Δημ. γενόμενος ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς καὶ προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ.* Idem p. 325. *τὸν δὲ τειχισμὸν τοῦτον, ὃν σὺ μου διέσυρες, καὶ τὴν ταφρείαν ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω. .... Ταῦτα προὔβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς — οὐχὶ τὸν κύκλον μόνον τοῦ Πειραιῶς οὐδὲ τοῦ ἄστεος.* Et v. Aeschines in Ctesiph.



p. 420. §. 27. Ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου (πρὸ γὰρ Χαιρώνδου, i. e. proximo ante Chaerondam anno, scribendum esse, ex rerum gestarum ordine evicit Boeckhius de archont. Att. pseudonymis p. 27 sqq. cf. Winiewsky Comment. orat. de corona p. 271 sq.) ἄρχοντος Θαρρηλιῶνος μηνὸς δευτέρου φθινοῦτος ἐκκλησίας οὐσίας ἔγραψε ψήφισμα Δημ., ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν Σκιροφοριῶνος δευτέρου ἰσοταμένου καὶ τρίτου, καὶ ἐπέταξεν ἐν τῷ ψήφισματι ἐκάστης τῶν φυλῶν ἐλέσθαι τοὺς ἐπιμεληθησομένους τῶν ἔργων ἐπὶ τὰ τεῖχη καὶ ταμίαις. Id. §. 31. Ἡ δὲ Πανδιονίς φυλὴ ἄρχοντα καὶ τειχοποιὸν ἀπέδειξε Δημοσθένην, ὃς ἐκ τῆς διοικήσεως εἰς ταῦτα ἔχει μικροῦ δεῖν δέκα τάλαντα. cf. §. 14. 23. Plutarchus X. Orat. V. p. 263. ed. Hutt. Μετὰ δὲ ταῦτα (i. e. Chaeronensem pugnam) πρὸς τὴν ἐπισκευὴν τῆς πόλεως τῇ ἐπιμελείᾳ προσελθὼν καὶ τῶν τειχῶν ἐπιμελητῆς χειροτονηθεὶς ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας εἰσήνεγκα τὸ ἀναλωθὲν ἀργύριον, μινᾶς ἑκατόν. Lex in Vitis X. Orat. I. p. 275. καὶ εἰς τὴν τειχοποιίαν ἀνάλωσε χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπιδόντος αὐτοῦ τρία τάλαντα. καὶ ἄς ἐπέδωκε δύο τάφρους περὶ τὸν Πειραιᾶ ταφρένας. Centum illas minas Boeckhius Oecon. publ. I. p. 219. translatas existimat a Demosthenis theorico munere (coll. or. de cor. p. 266). Cf. Lycurgus in Leocr. §. 44. de temporibus post pugnam Chaeronensem: ἐπεμελοῦντο γὰρ οἱ μὲν τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς, οἱ δὲ τῆς τῶν τάφρων, οἱ δὲ τῆς χαρακώσεως. Cf. §. 47.

---

**COMMENTATIO ALTERA**

LECTA IN CONSESSU SOC. REG. D. XIII. FEBR. A. MDCCCXXXVI

1. Superiore commentatione historiam munimentorum Athenarum usque ad Demosthenis tempora perlustrantes nullum dum tempus invenimus, cui titulum, quem explicandum suscepimus, propter ea quae ab antiquis scriptoribus memoriae produntur, attribueremus. Scripturae ratio tempora indicat, quae inter finem Peloponnesiaci et Alexandrum intercesserunt. Sed ad ea opera, quae Conone auctore Athenis facta sunt, tituli argumentum revocare non licet, propterea quod Cono muros longos et Piraei munimenta denuo struxit, hic autem titulus totus versatur in reficiendis iis murorum partibus, quae vel vetustate collapsae erant vel aliis de causis laborabant. Sed etiam ad Chaeronensis proelii tempus referri propterea non potest, quod tum curatores a tribubus constituti muros, pecunia ex publico aulario accepta, restituere iussi sunt, secundum hunc titulum autem opus murorum reficiendorum redemptoribus locatur, qui cum curatoribus illis nihil commune habent. Neu tamen hunc titulum ultra Alexandri tempora deprimamus, dissuadere videtur magna scripturae elegantia, literarumque quarundam forma et nonnulla antiquioris scripturae vestigia<sup>1)</sup>. Definitius aetatis documentum non habebam, donec in apographo Pittaciano, quod post Rossianum nactus sum, (v. 37. Fr.) liquida vestigia extare vidi nominis Habronis Lycurgi filii Butadae, praefecti impensarum publicarum, quod Attici dicunt τοῦ ἐπὶ τῇ διοικήσει. Hic vir, quem Lycurgi, illustris apud Athenienses oratoris, filiorum natu maximum fuisse constat<sup>2)</sup>, patris quidem fama multo minor erat, sed nihilominus

1) V. §. 5.

2) Pseudo-Plutarchi errorem sive inconstantiam in ea re castigat Nissen de Lycurgi Vita p. 98 sq.

et ipse res publicas egregie capessivit <sup>3)</sup>. Quando is ad populum prodierit, a nemine accepimus; potuisse tamen, si Lycurgum patrem, Demosthene maiorem, circa Olymp. XCV. natum statuimus, filium iam Olymp. CX. publico munere fungi, in aperto est. Hinc credibile fit, hunc Habronem ab ipso patre, cum diuturnam ille redituum curam sustineret, ad ea negotia adhibitum et quasi in hoc genere rerum publicarum administrandarum institutum esse. Accedit, quod Lycurgus, cum ipse suo nomine per unam πενταετηρίδα, id est quatuor annos, ταμίης τῆς διοικήσεως fuisset, deinde propter legem ab ipso latam non destitit quidem ab hac utilissima cura, sed effecit, ut quidam ipsius amici palam hoc munus populi suffragiis susciperent et nomen profiterentur <sup>4)</sup>, ipse autem revera universam rem suis consiliis gubernaret. Quo praetexto Lycurgum per duas πενταετηρίδας, id est per octo annos, his rebus praefuisse constat: intra quos annos Habronis magistratum probabiliter ponere licet <sup>5)</sup>.

2. Hic incidimus in quaestionem difficillimam, eamque novissimo tempore magno cum fervore agitatam <sup>6)</sup>, ex quo tempore Lycurgus ad illud munus capessendum accesserit. Equidem, cum rationes explicare huius loci non sit, satis habeo confiteri, mihi Boeckhii computationem omnium maxime probabilem visam esse, et eam quidem, (nam Boeckhius liberum sibi servavit has sive proxime antecedentes Olympiades eligere,) ex qua Lycurgus ab Olympiadis CX. inde a. 3. usque ad CXIII. a. 3.

3) Πολιτευσάμενον επιφανῶς dicit idem Vitarum X. oratorum auctor.

4) Ita verba Pseudo-Plutarchi p. 251. τῶν φίλων επιγραψάμενός τινα, intelligenda sunt.

5) Etiam quod Lycurgo mortuo Athenienses ab adversariorum factione eo adducti sunt, ut filios illius undecimviris traderent, qui fieri potuerit facilius intelligi poterit, si filios patris in gubernanda republica socios fuisse posuerimus.

6) Post Boeckhium de Oecon. Athen. II. p. 244. de eadem re dixerunt J. Bakkus, Biblioth. crit. nova V. v. p. 456 sqq. A. F. Nissen de Lycurgi oratoris vita p. 10 sqq. Fr. G. Kiessling Lycurgi deperditarum orationum fragmenta p. 78 sqq. Lhardy de Demade p. 31 sqq., quorum opiniones inter se collatas examinavi in Relat. Gotting. a. 1836.

huic muneri praefuit. Unum ratiocinationis genus paulo explicatius propono. Lycurgus, quod ex certissima fide plebisciti etiam nunc servati accipitur, navalia et armamentarium Piraeense (*νεωσοίκους* et *σκευοθήκην* sive *ὄπλοθήκην*), opus ab antecessoribus inceptum sed imperfectum, extruenda denuo suscepit et absolvit 7). Atqui, Philochoro teste, Athenienses Lysimachide archonte, cum bellum Chaeronense immineret, opus in navalibus et armamentario faciendum distulerunt, ut omnia vectigalia bello impenderent 8). Constat autem ante pugnam Chaeronensem Eubuli Anaphlystii tantam fuisse apud plebem Atheniensium auctoritatem tantamque theoricarum largitionum, quas ille in immensum auxerat, gratiam, ut theoricæ pecuniae praefecti saltem usque ad Olymp. CX. a. 3. multis rebus praessent, quae ab eorum provincia antea alienae fuerant, atque etiam armamentarii extruendi curam gererent 9). Itaque ad Lycurgum ea cura non potest esse translata nisi post pugnam Chaeronensem, translata autem esse simul cum quaestura *ἐπὶ διοικήσεως*, maxime probabile est. Certe Hyperide teste constat, Lycurgum, cum hoc munere fungeretur, et urbem et portus magnis operibus et monumentis ornasse 10); neque Lycurgus, si Menesaechmus, ipsius adversarius et successor 11), rationes

7) Haec sunt verba populisciti in X. oratt. Vitis servati: *ἡμῖν παραλαβὼν τοὺς τε νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην καὶ τὸ θέατρον τὸ Διονυσιακὸν ἐξεργάσατο καὶ ἐπετέλεσε, καὶ τὸ τε στάδιον τὸ Παναθηναϊκὸν καὶ τὸ γυμνάσιον τὸ Λύκειον κατεσκεύασε.*

8) Philochori fragm. p. 76. ed. Siebelis.

9) Huius rei auctor est Aeschines in Ctesiph. §. 25. Atque etiam navalia ab Eubulo strui coepta esse, significare videtur Dinarchus in Demosthenem §. 96.

10) V. Hyperides apud Apsinem, Rhetor. Ald. T. I. p. 708.

11) V. Dionysii de Dinarcho iudicium T. V. p. 660. R. Menesaechmi gratiam apud populum Atheniensium eo tempore maximam fuisse oportet, cum Lycurgus diem obiret, i. e. proximo tempore ante Harpalianam causam, quae Olymp. XCIII. a. quarto exeunte et XCIV. a. primo ineunte agitata est. Nam Lycurgum tum mortuum iam fuisse, testis est auctor Vitt. X. oratt. in Hyperide p. 270., sed eius liberis, post patris mortem Menesaechino populum instigante in carcerem coniectos, etiam tum, cum Demosthenes propter causam Harpalianam damnatus in exilio esset, custoditos esse, persuadent idem

publicas iam tum procurasset, tantam pecuniam imperare potuisset, quanta ad illa opera molienda opus erat. Cum his rationibus egregie concinit etiam illud, quod de armamentario in Piraeensi portu scripsit Philo architectus, sine dubio, sicut architecti antiqui solebant, post perfectum hoc nobile aedificium, quod ipsum accipimus architectatum esse <sup>12)</sup>. Idem autem Philo Demetrio Phalereo Athenas tenente, post Olymp. CXV. a. 4., Eleusinio templo prostylon addidit <sup>13)</sup>. Itaque Philo his temporibus ex architectis Atheniensium maxima laude floruisse existimandus est, neque multum temporis intercessisse credibile est inter Lycurgi et Demetrii administrationem. Apparet, omnia vestigia eo ducere, ut Lycurgum publicis Athenarum rationibus praefuisse statuamus inde ab Olymp. CX. a. 3. usque ad CXIII. a. 3.

3. Possis autem fortasse hanc murorum refectionem, de qua titulo nostro dicitur, componere cum ea urbis instauratione, quam ipse Lycurgus, populi suffragiis ad apparatus belli instruendum electus, curasse traditur <sup>14)</sup>. De ea qui locuntur, bellum quod fuerit, non indicant; non dubito tamen, Lycurgum tum hanc curam suscepisse, cum Athenienses

---

scriptor in Lycurgo p. 254. et tertiae epistolae inter Demosthenicas auctor. Cf. Schol. Hermogen. *περὶ ἰδεῶν* I, 7. ap. Walz. Rhet. Graec. T. VI. p. 993. Itaque nullus dubito, quin Menesaechmus pecuniam publicam administraverit inde ab Olymp. CXIII. anno tertio.

12) Ratio illa operis, quam Cicero de Orat. 1, 14. et Valer. Max. VIII, 12. ext. 2. tradunt, Philonem perdiserte populo reddidisse, ita ut oratoris paene laudem mereretur, eadem in libri formam redacta et lecta fuisse videtur a Vitruvio l. VII. Praef. Ceterum cf. de Philonis armamentario Strabo IX. p. 395. Plutarchus Sull. 14. Plinius VII, 37, 38. Ausonius Idyll. X, 303.

13) V. idem Vitruvius eadem praefat.

14) *χειροτονηθεῖς ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἄλλα τε πολλὰ τῆς πόλεως κατεργουμένηκα ἐπέλαβε κ. τ. λ.* Photius p. 497. ed. Bek. Minus distincte Ps. Plutarchus p. 251. *πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε.* Populiscitum tamen nihil de ea re scriptum habet. Diligenter autem observandum est, *νεώρια* et *σκευοθήμην* non inter ea recenseri, quae Lycurgus *χειροτονηθεῖς ἐπὶ τὴν τοῦ πολ. παρασκευὴν* paravisse dicitur.

bellum Alexandro non indixissent quidem, sed moverent tamen, donec is impetus Thebarum incendio restingeretur. Hoc enim tempore Lycurgum cum Demosthene Macedonibus maxime adversatum esse constat<sup>15)</sup>. Quicquid autem hac de re statueris, eam nihil pertinere existimo ad eam murorum instaurationem, de qua titulo nostro agitur. Hanc enim non belli necessitate urgente suscipi, sed invitante otio pacis, et iis quidem temporibus, quibus Atheniensium aerarium a Lycurgo iam ita restitutum esset, ut etiam futurorum temporum occasione provideri posset, inde intelligitur, quod in extremo titulo constituitur, quid primo, secundo, tertio anno usque ad quintum faciendum sit. Hoc alienum esse a tumultu belli, facile intelligitur.

4. Quae post haec tempora Athenarum muris acciderunt, cum ad titulum hunc explicandum nihil faciant, paucis verbis complectimur<sup>16)</sup>: munimenta illa sive castella a Macedonibus in Munychia peninsula et Museo colle intra urbem condita; longos muros ita neglectos, ut iam Philippi τοῦ μισορωμαίου tempore semirutae essent<sup>17)</sup>, plane deletos autem a Sulla, qui inde saxa materiamque ad obsidionem Piraei convertit, cuius munimenta postea, cum victor ingressus esset, pariter diruit: quo factum ut Romanis Graeciam obtinentibus emporium Athenarum munimentis careret et urbs tantum muris cincta esset, qui usque ad ea tempora, quibus borealium terrarum gentes Romanorum imperium proculcaverunt, durasse videntur.

5. Jam quod attinet ad tituli formam, scripturae genus aperte recentius archonte Euclide, sed bonae tamen notae est neque in ulla re ab

---

15) Demades de dodecaetia §. 17., cuius verba ad tempus proximum ante excidium Thebarum spectant. Alexandrum hoc tempore Lycurgum inter oratores sibi adversarios depoposcisse notum est.

16) Quod in lege secunda annexa Vitis X. Oratt. Laches Demochari patri suo statumam poscit propter οἰκοδομήν τειχῶν, παρασκευὴν ὄπλων, id ad tempora civitatis pertinet Alexandro certe aliquanto inferiora.

17) Livius XXXI, 26.

ea literarum figura discedere videtur, quibus Athenienses Philippi et Alexandri temporibus utebantur. Notabiles sunt imprimis formae literarum  $\text{I} \circ \text{E} \text{Z}$ , quas hic proposuimus, cum in adiecta tabula typhotetae vulgaribus literis utendum esset. Quod pluribus locis diphthongus  $\eta$  literis EI significatur (l. 3. ΣΥΝΤΕΛΕΣΘΕΙ. 25. ΠΑΡΑΛΑΒΕΙ. 47. ΠΤΩΜΑΤΙΣΕΙ. 84. ΤΕΙ ΔΙΟΙΚΗΣΕΙ), antiquitatem olet non nimio intervallo distantem ab archonte Euclide, quo H literae usus primum ad publica monumenta adhibebatur. Nihilominus eadem antiquae scripturae forma etiam in recentioribus titulis interdum reperitur<sup>18)</sup>.

Titulus *στοιχηδόν* scriptus est, nisi quod versus primus, trigesimus quintus cum sexto, denique centesimus decimus nonus maioribus literis et ultimi minoribus exarati sunt, et quod in versibus 80 et 81. verba  $\text{E} \text{N} \text{A} \text{A} \text{L} \text{A} \text{Z} \text{ } \text{P} \text{A} \text{P} \text{A}$  diductioribus elementis scripta sunt. Literae, quae v. 61 et 103. ordini suprapositae sunt, in ipso marmore eo loco extant<sup>19)</sup>. Unusquisque versus literas confinet LXXI, exceptis iis quos dixi; versus numerantur CXXV.

Grammatici in hoc titulo notabunt saepius syllabam primam verbi *δείται*, ubi nulla contractione augetur, productam esse. Legitur enim v. 43. ΔΕΙΗΤΑΙ, v. 58. ΠΡΟΣΔΕΙΗΤΑΙ et v. 50. ΔΕΙΟΜΕΝΗ ut videtur. Cuius productionis aequalia exempla non novi nisi ΚΕΙΩΝΤΑΙ, in titulo Attico lectum, qui inter Olymp. C et CXV. scriptus est<sup>20)</sup>.

18) Maxime in terminatione coniunctivi hoc EI diu perdurasse, multis locis monuit Boeckhius in Corp. Inscr. Graec. V. T. II. p. 369. 629. — V. etiam marmor Parium apud Thiersch. Act. Acad. Monac. philol. et philos. T. I. p. 603.

19) Addo etiam hoc ex literis V. Cl. Rossii, latitudinem tabulae marmoreae esse 0,94 metr. Gall., longitudinem eius frusti, quod integrum servatum est, 1,84.

20) Corp. Inscr. Graec. n. 102. Neque hoc tamen illius plane geminum est. Franzius quibusdam rebus offensus est, quae nunc, cognito meliore apographo, evanescent, ut ΕΡΤΑΣΜΕΝΑ et ἀπεργάζων. Quod autem legitur v. 74. *χρειαζόμενα*, id a *χρεία* ad analogiam verborum *βιάζομαι* et *ἐνδοιάζω* et similium multorum formatum est. Sed Franzius hacpropter titulum nostrum in aetatem Philippi, Romanorum hostis, reiicere voluit.

6. Nunc nihil antiquius habemus, quam ut titulum literis vulgaribus, aliquot locis suppletum et, ubi sententiam verborum aliquatenus sectari licet, in Latinam linguam conversum proponamus 21). Postea cum interpretationem hanc, tum supplementa illa annotatione adiecta viris doctis approbare studebimus.

Ἐπὶ ..... ἀρχαῖος ἐπὶ τῆς ..... δος πρυτανείας ἔδοξεν τῷ δήμῳ ..... [εἶπεν  
..... τὰ τεῖχη τοῦ ἁσ]τεως καὶ τοῦ Πειραιέως καὶ τὰ μα-  
κρὰ τεῖχη καὶ τὰ περὶ τὸν τ ..... Ἀθηναίων εἰς τὸν ἑπτα (?) χρόνον κ.  
..... ὅσα καὶ συντελεσθῆ καὶ .....  
..... δια]λείποντες ἀπ' ἀλλήλων τρία μ ..... 5  
..... τὸν ἀρχιτέκ]ονα τὸν κεχειροτονημένον ὑπὸ τοῦ δη-  
μου .... τῶν τοῦ ἁσ]τεως καὶ τοῦ Πειραιέως καὶ τῶν μα]κρῶν τευχῶν δέκα μέρη καὶ  
..... [ἀδ]λασαν? .....  
..... παρε]χειν? .....  
..... μὴ ἐ]λαττον? ... ὁ ἀρχι]τέκτων καὶ .....  
..... 10  
..... τα ἔσω  
..... ἐπὶ πρ-  
δασ ..... τῷ ἐ]τε-  
..... 15  
..... μισθω]άμενοι .....  
..... 20  
..... ἀρχιτέκτονα .....  
..... ὡς οἱ μισθω]σάμενοι .....  
..... ὁ[ρω π]ε]σ]τ]ω]σαι ἐν τῇ βουλήν κατὰ τὸν νόμον ..  
..... τῷ ὑπό] τῶδε τῷ ψηφίσματι γεγραμμένῳ .....  
..... οὓς ἂν πολ ..... μὴ πε]ριέ]ρχο[ι]ν[το] ..... 25  
..... τὸν [με]μισθ]ώμενον παραλάβη εἶν[ ] τῷ μέρ[ε]ι [τῷ] νεμ[η]θε-

21) Supplementa non omnia, sed maiora tantum aut difficiliora uncinorum circumsepto notata sunt; reliqua, etiam minima quaeque, cognosci possunt ex comparatione tituli ipsius ib. A. expressi: ubi cum ita reddere curavi, ut ad me transmissus est, cum supplementis Rossianis, quae cum ipse V. D. testetur in conspectu marmoris ex ductum paene evanidorum observatione sibi esse subnata, pleraque fidem habent auctoris coniecturis superiores. Cf. annot. ad γ, 6 et alios.





.....

..... conscribi autem hoc populiscitum a scriba prytaniae  
et opera locata et quae ex suis impenderint architecti in cippum mar-  
moreum, et sumptum tituli incidendi ministrari a quaestore populi quinquaginta  
drachmas ex i-

is pecuniis, quae impensis populiscito iussis destinatae sunt.

..... cils Cedensis et Autolyco ..... 35  
pofetae et praefectus publicae pecuniae Habro Lycargi Butada.

Hoc est opus faciendum murorum circa urbem, et Piracensium et longorum atque  
eorum, qui sunt circum

..... restituerint. Omnia quae .....  
..... crepidines ex caementis construet in altitudinem a terra inde non minus

..... quam II  
pedum ..... et marginibus politis sub ascia positis in frontem 40

..... erigens, saxis utens non minoribus quam sesquipedalibus  
..... recta ad latus et in superficie, inducens luto aceroso

..... non minus latere, si autem opus fuerit, sesquilatere  
..... ad latus et in superficie, et coagmentabit cuneis oleagineis

..... et corium supra caementicium opus ex maximis saxis construet 45  
..... reficiet autem etiam scararum ea quae desunt

..... eorum, quae supersunt. Si quid autem ruinam fecerit usque ad  
opus caementicium

..... praestabit et construendo absolve: si vero pluribus opus sit  
..... interturriorum sublato itinere, qua anterides

..... vincula iniiciens. Si vero turris cuiusdam tectum labo- 50  
ret ..... arrectarius aut grunda aut corona lapidea vel testacea ..

..... si quidem refecerit. Tecto autem operiet etiam iter in am-  
bitu murorum circa urbem, excepto muro interiecto et dipylo supra portam, quae  
ad longos muros dirigitur, imposita circuitus corona. Et pinnaculorum quidem  
eas partes,

quae amplius quam VI digitos deciderint, latere extruet, relicto spatio fenestrarum 55  
binorum laterum, ita ut pinnaculum

in altitudinem III pedum, fenestrae X coriorum erigantur, et superimponet limina  
superiora lignea

ἵνα γο]μφώσας διάτοιχα πάχος στοιχιαῖα μήκος ὀκτώποδα ὑποθήσει δὲ καὶ κύβους  
τοῖς ὑπ-

εργο]νίοις· καὶ ἐπιπλινθοβολήσει ὕψος ἕξ στοιχοῦς· οἰκοδομήσει δὲ καὶ ἐκ τοῦ  
ἐνδοθεν

στο]χους, οὐ μὴ εἰσὶν οἰκοδομημένοι, διπλίνθους διαλείποντας ἐπὶ πόδας καὶ  
ἑγκατοικ-

σοσ]ομήσει στρωτήρας δύο διαλείποντας τρεῖς ἡμιπόδια, ὕψος ποιῶν τοῦ στοχου ὡστε  
ἀνόρθο-

υς] εἶναι εἰς τὸ εἶσω· καὶ ἐπιθήσει δοκούς εἰς τοὺς στοχοῦς· οὐ μὴ κατεστεγα-

σται, στεγάζει δοκί-  
σιν καὶ ἐπιβλήσιν τιθεὶς ἐναλλάξ, ἢ στρωτήρσιν περιενγκεντρίσει διαλείπων τρεῖς  
παλ-

αστάς ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν· καὶ διοικοδομήσας ἐπὶ τοῦ τοίχου ἀνατεμεῖ τὸ γεισηπόδι-  
σμα ὀρθ-

ὄν παρά πλευράν ὑπερέχον μὴ ἑλαττον τρεῖς ἡμιπόδια· καὶ ἐπικρούσει ἀκραγείσιον  
ποιῶν ὀ-

63] ρθὸν κατὰ κεφαλὴν πλάτος ἐπὶ δακτύλων πάχος παλαστῆς παρατεμῶν ἐκ τοῦ  
ἐνδοθεν πάχο-

ς ἱμάντος καὶ τὸ μέτωπον ποιήσας πρὸς τὴν καταφορὰν· ἐπικρούσει δὲ καὶ εἰς  
τὸ ἐντὸς ἱμά-

ντας διαλείποντας τρεῖς παλαστάς πάχος δακτύλου πλάτος πέντε δακτύλων ἤλοι  
σιδη-

64] οῖς· καὶ ἐπιβαλὼν κάλαμον λελαμμένον, ὑποβαλὼν λοβὸν ἢ κάλαμον λοβῶσει πηλῷ  
ἠχυρωμέ-

νη πάχος τριδακτύλῳ· καὶ κεραμίσει Λακωνικῷ κεράμῳ τοῦ μὲν κύκλου πᾶσαν  
τὴν πάρο-

65] τοδὸν, τῶν δὲ μακρῶν τειχῶν τὰς ἡγεμονάς, οὐ μὴ εἰσὶν κείμεναι, τιθεὶς ὅλας ἐν  
πηλῷ ὀρθὰ πα-

66] ρὰ πλευράν· καὶ καλυπτήρει τιθεὶς τοὺς καλυπτήρας ὅλους ἐν πηλῷ· καὶ ἀπο-  
γειώσει ἐκ

τοῦ ἐξωθεν γείσις Κορινθίους ἀναξῶν τοὺς κρούς ἀρμόττοτάς καὶ τιθεὶς ὀρθὰ  
παρα π-

λευράν καὶ κατὰ κεφαλὴν· καὶ ποιήσας κανθῆλιον ἐκλωβήσει πηλῷ ἠχυρωμένῳ  
[διάζωμα ἰθ-

67] ὑτρεχές ὕψος τεττάρων στοιχῶν· καὶ τὰ ἐξω χρεαζόμενα τοῦ τειχους ἀνα[σκευάσει  
πλίνθ-

68] τισὶς καὶ ἡμιπλινθίοις, καὶ ὅσα κατέρρωθεν τοῦ τειχους ἐνθήσει θρανο[εἰς ξυλίνοις.  
Ποιήσ-

securiculis ita viata ut per antrum pertineant, crassitudine corit, longitudine VIII pedum, supponetque cubos liuini-  
 bus, et lateres insuper struet in altitudinem VI coriorum. Extruet autem etiam ex  
 interiore parte  
 pilas, ubi nondum sunt extractae, binorum laterum distantes spatio VII pedum, et  
 structurae earum iniiciet  
 asseres duos, distantes spatio sesquipedis, pilasque eriget usque ad libra- 60  
 mentum interioris structurae, et trabes iis pilis imponet. Ubi tectum non est factum,  
 teget tigillis  
 rectis et transversis, quae alterna ponenda sunt, aut asseres utriusque infiget, ita ut  
 III palmorum spatium  
 superne relinquatur, et contignatione super murum producta grundam ita succidet,  
 ut recta sit  
 in latere, et non minus sesquipede promineat, et adfiget simam, rectam collocans  
 in superfi-  
 cie, latam VII digitos, crassam palmum, excisa ex interiore parte crassitudine 65  
 asserculi et frontè ad pluviam deiciendam devexa. Affiget autem interiori simae  
 parti asserculos  
 distantes spatio III palmorum, crassos I digitum, latos V digitos, ferreis clavis,  
 et iniecta arundine tansa, subiecto acere fabagino vel arundine, inducet luto paleato  
 crasso III digitos. Et teget tegulis Laconicis, moenium urbis omne iter,  
 longorum autem murorum summa propugnacula, ubi nondum positae sunt, totis 70  
 in luto positis directis ad  
 latus, et imbricabit imbricibus totis in luto positis. Et coronam extrinsecus instruet  
 antepagmentis Corinthiis, mutulis ad normam convenienter scalptis, eaque rec-  
 ta ponet ad latus et in superficie. Et cantherio facto inducet luto paleato diazo-  
 ina perpetuum et di-  
 rectam altitudine IV coriorum; et exteriorem faciem muri, ubi laborat, reficiet  
 lateribus  
 et semilateribus, et si qua muri pars rupta fuerit religabit taleis ligneis. 75

εἰ δὲ καὶ θυρίδας τοῦ ἄστεως τῶν κύκλων κατὰ ἑπαλίην ἐπαλίῳ στράφεια προσβαλῶν καὶ συνηγοφώσας ὑποτρυνήσει ἢ ἐς .....  
 εἰς ..... πάχος ἑκαστογ διδακτύλους, καὶ ἀντιζυγῶσαι θυεῖν ἀντιζυγῶν καὶ ..... κατὰ  
 ἰ καθηλώσει ἤλοις σιδηροῖς πλατέσιν πέντε εἰς τὸ ἀντίζυγον .....  
 80 δας ἐναλλάξ παρὰ τὴν ἑπαλίην ὕψος πρυδαίαις πλάτος διπ[αλαστικαίας] .....  
 ἡν ἐναλλάξ παρὰ τὴν ἑπαλίην καὶ περιαλείπει καὶ κατα .....  
 85 ας καὶ τοὺς πύργους καὶ τὴν παρόδον ῥαχίωσας καὶ ὀστρακῶσας ..... πηλῶ ἠνε-  
 ωμένῳ πάχος διδακτύλω, γῆς δὲ ὠπτημένης ἢ ἂν δοκιμάσῃ εἶναι? ..... [ὁ ἐπὶ  
 τῆς διοικήσει, προσέχων τῆς προτέρης καὶ ἀποργάζων ἀτυχεῖν τοκοῦλιναι ..... [ε-  
 90 ἦν ἀλοιφῆν ἀποσκάψει, ὅσα δ' ἀφεστηκότα ἢ τοῦ ἀλοιμοῦ ..... [τὸν πε-  
 ρίδρομον καὶ τὴν ἑπαλίην καὶ τὰ θυρακείον καὶ τὰ γείσων καὶ εἰς τὴν αἰετὶν  
 ἐπε[ξ]ε[ρχά]σεται ..... καὶ ἀνατρίψας ἀποσκάψει .....  
 ..... ἐπισηνεύσας ὅκου ἂν δέχται .....  
 ... τὰς θυρίδας καὶ τὴν ὄροφὴν τῶν πύργων καὶ τῆς παρόδου .....  
 95 καὶ ..... καὶ ..... πρὸς ἑκάστη ἀρμόσει .....  
 ..... παρὰ τὸ τεῖχος ἐνδοθεν καὶ ἐξωθεν μὴ ἕλαττον .....  
 100 τριημιποδία ..... τὰς ἀφῶν .....  
 ..... τάφρου? .... ὑποφορήσειε τὸν χοῦν οὗ ἂν γ[ί]γνηται .....  
 ..... ἑκατοῦ χάρακος? .....  
 95 ..... παραλαβὴν ..... τὰς ὁδοὺς τὰς .....  
 ..... ἑκάστων κατὰ ..... ἂν μισθώσῃται .....  
 ..... πρὸς πάντα ὅσα? ..... τὸν χάρακα .... τὸν πε[ρὶ] .....  
 ..... τείχη ταῦτα ἐξεργασάμενον .....  
 ὠμένοις' ..... κέραμον ὅσον παρέλαβον .....  
 Faciet autem etiam fores cataractas in ambitu murorum urbis ad pinnas .....  
 pinnaculi cardine applicato et securiculis vinclo terebrando cavabit, ubi .....  
 .... quemque crassum II digitos, et coniunget duabus impagibus .....  
 et configet clavis ferreis latis V ad impagem .....  
 80 .... alternas ad pinnas altas pedem, latis II palmos .....  
 .... alterna ad pinnas. Et circumlinet et .....  
 .... et turres et iter murorum cratibus vimineis et pavimento testaceo .....  
 lato aceroso .....  
 crasso II digitos, terraeque coctae, quam probaverit esse idoneam ..... praefectus  
 expensarum, adhaerens priori (nucleo) eumque denuo subigens, ubi visum fuerit  
 85 tectorium abrasdet, quidquid autem deciderit tectorii .....  
 .... circuitum et pinnas et loricas et coronam et .....  
 subtiliore opere absolvet ..... et denuo tritum abrasdet .....

... 100  
 δε αὐτόν) ... εἰ τις ...  
 ... ἔργα ...  
 αὐτόν ... ἔργων ...  
 ... τῷ δὲ δευτέρῳ εἶτι ... 105  
 ... τῷ δὲ τρίτῳ εἶτι τον ...  
 ... τῷ δὲ πέμπτῳ εἶτι παρῆξει ...  
 ... τῶν ἐργατῶν ἀνευρίσκουσι τὸν ἐργατὸν ...  
 ... μερίται ... πρὸς τὰ ἔξω? ... 110  
 ... οἷς ἅπαντα ὄσων ἂν δέωνται εἰς τὰ ἔργα παροχ ...  
 ... πόλεμον κινήθῃ, ἔγγυθας δὲ καταστήσαι ...  
 ... τὸν ἐργατὸν ἕκαστον ὅσα τούτων παραδώσει ...  
 ... λήθῃ γὰρ γεισηποδίσματι ἐποικοδομησεί ...  
 ... πλάτος πενθητηποδίου διαλείποντας ... 115  
 ... κατα τὰδε ἔργων οἱ ἀρχιτέκτονες ...  
 τείχους ...

Κατὰ τὰδε μεμίσθωται τὰ ἔργα

Τοῦ βορείου τείχους πρώτη μερίς	Τοῦ νοτίου τείχους πέμπτη μερίς ἀπὸ 120
ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος μέχρι τῶν	τοῦ διατειχίσματος τ[οῦ Πειραιῆος]
ν. πυλῶν καὶ τὰς διόδους	μέχρι τοῦ Κηφισοῦ.
— — Η Η Η Η	
— — ης	
— — ης Χίωνος Κορυδαλλεύς	Ἐκτη μερίς ἀπὸ τοῦ Κ[ηφισοῦ]

7. I. Quod in summo marmore scriptum est populi scitum, id tem-  
 poris iniuria gravissime affectum est, ita ut perpauca inde enucleare potuerim.  
 Liquet tamen, populum iussisse, muros omnes et urbis et Piraei et longos  
 refici, ita ut in insequens tempus sarti tecti essent. Ad totum autem opus  
 regendum et dispensandum populi suffragiis electum esse architectonem  
 (v. 6.). Hunc unum architectonem, cuius etiam mentio fit v. 9. 21., velim  
 distinguas a multitudine architectorum, quae deprehenditur v. 32. 117. Hi  
 enim ἀρχιτέκτονες aperte ii sunt, qui opus faciendum conduxerint, οἱ μι-  
 σθώσαμενοι v. 18. coll. v. 22., sive μεμισθωμένοι v. 26. Hos dici posse

εἰ δὲ καὶ θυρίδας τοῦ ἄστεως τῶ κύκλῳ κα[τ]αρά[κτι]ους κατ' ἐπαλξιν [ἐ-  
 παλξίου στροφέα προςβαλὼν καὶ συγχομφώσας ὑποτρυνήσει ἢ ἐς .....  
 ἰδε .... πάχος ἕκαστογ διδακτύλους, καὶ ἀντιζυγώσει δυεῖν ἀντιζυγῶν ..... κα-  
 ἰ καθηλώσει ἤλοις αἰθροῖς πλατέσιν πέντε εἰς τὸ ἀντίζυγον .....  
 80 δας ἐναλλάξ παρὰ τὴν ἐπαλξιν ὕψος ποδιαίας πλάτος διπλασιασθείσθαι .....  
 τὴν ἐναλλάξ παρὰ τὴν ἐπαλξιν καὶ περιαλείπει καὶ κατα .....  
 ας καὶ τοὺς πύργους καὶ τὴν παράδοον ῥαχῶσας καὶ ὀστρακώσας ..... πηλῶ ἠχυρ-  
 ωμένῳ πάχος διδακτύλῳ, γῆς δὲ ὠπτημένης ἢν ἂν δοκιμάσῃ εἶναι? ..... [ὁ ἐπὶ  
 τῆ διαίτησει, προσέχων τῆ προτέρα καὶ ἀποργάζων ἄτε ἂν δοκῆ .....  
 85 ἢν ἀλοιφήν ἀποσκάψει, ὅσα δ' ἀφεστηκότα ἢ τοῦ ἀλοιμοῦ ..... [τὸν πε-  
 ρίδρομον καὶ τὴν ἐπαλξιν καὶ τὰ θωρακείον καὶ τὸ γείσον καὶ .....  
 ἐπε[ξ]ε[ργά]σεται λε ..... καὶ ἀνατρίψας ἀποσκάψει .....  
 ..... ἐπισκευάσας ὅτου ἂν δέηται .....  
 ... τὰς θυρίδας καὶ τὴν ὄροφὴν τῶν πύργων καὶ τῆς παρόδου .....  
 90 καὶ ... πύργου καὶ ..... καὶ ..... ὡς ἕκαστα ἀρμόσει .....  
 ..... παρὰ τὸ τεῖχος ἐνδοθεν καὶ ἐξωθεν μὴ ἔλαττον .....  
 τριημίποδια .....  
 ..... τάφρου? .... ὑποφορήσει τὸν χοῦν οὗ ἂν γ[ι]γνηται .....  
 ..... ἕκατον χάρακος? .....  
 95 ..... παραλαβεῖν .... τὰς ὁδοὺς τὰς .....  
 ..... ἕκαστων καὶ ..... ἂν μισθώσῃ[ται] .....  
 ..... πρὸς πάντα ὅσα? ..... τὸν χάρακα .... τὸν πε[ρὶ] .....  
 ..... τεῖχη ταῦτα ἐξεργασάμενον .....  
 ωμένοις' ..... κέραμον ὅσον παρελάβον .....

Faciet autem etiam fores cataractas in ambitu murorum urbis ad pinnas .....  
 pinnaculi cardine applicato et securiculis vincto terebrando cavabit, ubi .....  
 .... quemque crassum II digitos, et coniunget duabus impagibus .....  
 et configet clavis ferreis latis V ad impagem .....  
 80 .... alternas ad pinnas altas pedem, latas II palmos  
 .... alterna ad pinnas. Et circumlinet et .....  
 .... et turre et iter murorum cratibus vimineis et pavimento testaceo .....  
 luto aceroso .....  
 crasso II digitos, terraeque coctae, quam probaverit esse idoneam ..... praefectus  
 expensarum, adhaerens priori (nucleo) eumque denuo subigens, ubi visum fuerit  
 85 tectorium abradet, quidquid autem deciderit tectorii .....  
 .... circuitum et pinnas et loricas et coronam et .....  
 subtiliore opere absolvat ..... et denuo tritum abradet .....





et ἐργολάβους et ἀρχιτέκτονας, exemplo demonstratur satis accommodato, ut arbitrator, conductoris theatri s. Θεατρῶνου, qui et ἐργολάβος (hoc nomine significantur theatronae a Platone Rep. II. p. 373.) et ἀρχιτέκτων appellatur, quo de nomine v. Boeckh. Oecon. polit. T. I. p. 236. 331. Sic Callicrates longi muri, qui medius olim fuerat, ἐργολάβος dicitur (v. supra diss. I. §. 10.), poterat etiam dici ἀρχιτέκτων. Sed eodem iure etiam populus operi architectum praeponere poterat, qui eadem fere auctoritate, qua alias ἐπιστάτης, instruitur, opus faciendum designat, factum probat, et ne inter faciendum rei publicae commodis officiat, cavet. Quod cum considero adducor, ut etiam architectum Philoclem, qui in titulo de Minervae Poliadis aede (Corp. Inscr. n. 160.) cum curatoribus s. epistatis operis coniungitur, non conductorem operis privatumque hominem, sed publica auctoritate operi inspiciendo praefectum fuisse putem. Eiusdem generis architectus habetur in titulo C. I. n. 77. ΤΟΝΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΑ ΤΟΝΕΟ et in titulo Delio n. 2266. v. 20. Erat etiam certis temporibus Athenis collegium rectorum sacrarum aedium, τῶν ἱερῶν ἐπισκευασταί, de quo in lege Regia scriptum erat: εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεῶ, τοῦ ἀρχείου τοῦ παρασιτείου καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς δίδοναι τὸ ἀργύριον, ὅπου σου ἂν οἱ τῶν ἱερῶν (scribo ἱερῶν) ἐπισκευασταὶ μισθώσωσιν. Athen. VI. p. 235 d.

Hic igitur architectus rei publicae iubetur totum opus in decem partes divisum singulis conductoribus locare. Posthaec, divinare licet, constitutum fuisse, quod genus materiae aliarumve rerum ad opus faciendum res publica praebere (παρέχειν) vellet: quo spectat παραλαβεῖν v. 95. 99., idemque verbum παρέχειν in titulo Delio Corp. Inscr. 2266. v. 23. χαλκὸν δὲ τῶ ἐργῶν ἢ πόλις παρέξει εἰργασμένον. Sequebatur quaedam descriptio operum extruendorum, sed brevius quam in locationis legibus expressa, et temporis praefinitio. Iubentur qui opus conduxerint, in senatu D virorum, cuius summa erat in administrandis populi rebus et expensis potestas, iureiurando obstringi, ut spondeant se opus ex legibus locationis intra tempus, quod infra populiscitum adscriptum sit, perfecturos esse. De fideiussoribus v. infra v. 112. Post nonnullos versus, quorum sententiam minus assequor, iubentur conductores post opus absolutum et

in ipsis muris et in Metroo proponere rationes operis, ita ut cives intelligant, si quid praeter pecuniam conductibiam ex propriis bonis insumserint. Denique iubetur scriba prytaniae hoc populiscitum et locationis leges in marmore perscribere, et adicere (ut videtur) quae forte ex propriis impenderint conductores: puto, quod propter proprias impensas, si satis amplae visae essent, etiam laudibus et coronis condecorari poterant architecti illi.

V. 1. Cum L. Rossius versum, in quo *ἔδοξεν τῷ δήμῳ* scribitur, summum totius tituli fuisse significare videretur, suppleri quae ex formula praescripta maxime necessaria videbantur — nam reliqua omnia spatium versus et literarum in hoc versu maior amplitudo respuit — ad normam eorum titulorum, qui circa Olymp. CX scripti sunt.

2. De his munimentis v. apposita v. 37.  
3. *ΚΡΑΤΕΙΧΗ* in initio habet Pittacius, et sic saepius incipientibus vel desinentibus versibus supplementa addit ex mera opinione hausta. Nam hoc loco nihil nunc in marmore extare posse, Rossii apographum clarissime declarat.

*ΕΙΣΤΟΝ ΛΑ ΤΑΧΡ... ΝΚ.* Franzius *εἰς τὸν [πάντα] χρόνον*.... κα[τ]ὰ Πάντα nostrum apographum non admittit, *χρόνον* sine dubio verum est. Mellem: *εἰς τὸν ἔπειτὰ χρόνον*, sillapis iterum inspectus non refragatur. *Εἰς τὸν ὑπ' αὐτὰ ἐνιαυτὸν* in marmore Corcyraeo, Corp. Inscr. Graec. 1845. v. 60., ab Attico usu abhorreere videtur.

4. *ΣΥΝΤΕΛΕΣΘΕΙ* utrumque habet apographum. V. §. 5.

5. *ΠΑΛΑ[ΣΤ]ΩΝΤΡΙΑΜ... Τ.* Sic Rossius et Pittacius. Franzius: *παλαστῶν τριῶν*. Sed quid fiet una illa litera, cuius spatium inter *διαλείποντες* et ea quae modo posui verba indicat Ross. Hacpropter puto fuisse in marmore *ΑΠΑΛΛΗΛΩΝ*. Sequebatur fortasse *τρία μεταπύργια*.

6. *ΤΟΝΑΡΧΙΤΕΚΤ]ΟΝΑ* supplevit Rossius, puto vestigia in marmore extantia aucupans; nam Pitt. *ΝΟΝ ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΑ* tanquam in marmore extantia adscripsit (in quibus Franzius nomen Ictini sibi agnoscere videbatur). Idem saepe in minoribus lacunis factum esse, ubique notare supervacaneum habui.

7. *δέκα μέρη*, cf. v. 120. *δίοδον* putavi assumendum esse ex v. 122.

9. *μὴ ἔλαττον* coniecit Franzius. Ex v. 11–15 nostri apographi



quae conducticiae mercedi opponitur. Quod sequitur εἰδέναι pendere videtur a praegressis verbis huius formae: ὥστε πάντας. Sed abstineo manus a refingenda tota sententia. In fine τῶν integrum habet Pitt.

32. ΣΑΝΕΙΣΕΝΕΓΚΟΣΙΝΟΙΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΕΣ plene Pitt. Ad εἰσενέγκωσιν ex superioribus puto supplendum fuisse ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοί. Cf. supra diss. I. §. 13. dicta de Demosthene: ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας εἰσήνεγκε κ. τ. λ.

33. 34. Haec supplevi ad eam normam, cuius exemplum praebet Stratoclis lex Vitis X. Oratt. adiecta, et fragmentum Corp. Inscr. Graec. 92. coll. 108. ΤΗΣΣΤΗΔΗΣ effeci ex . . Σ. ΤΙΑΙΣ, quod est apud Pitt., . . Σ. ΤΙΑΙΣ. Idem habet plenius ΔΟΥΝΑΙΤΟΝΤΑΜΙΑΝΤΟΥ ΔΗΜΟΥΠΑΡΑ, sed παρά non convenit, et Rossianum . . ΡΑ egregie concinit cum lege Stratoclis; nam πεντήκοντα δραχμας scriptum erat Π (inserto Δ) ΔΡΑΧΜΑΣ. Quinquaginta drachmae omnibus Lycurgi psephismatis incidendis sufficiunt; singulis in aliis titulis tricenae destinari solent. De usu verborum εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα v. Boeckhii Corp. Inscr. I. p. 151. In extremo versu pro ἀναλισκομένων τῶ δήμῳ, quod in illis monumentis legitur, Rossius coniecerat: ΜΕΜΙΣΘ]ΩΜΕΝΩΝΤΩΙ ΔΗΜΩΙ; idque tanquam in marmore lectum posuit Pitt. Sed in hisquam proclive fuerit errare, nemo non intelligit.

II. Secuntur leges locationis. Locant opus magistratus suprascripti, quorum quidem neque nomina neque officia ab omni parte satis perspicua sunt. Probabile tamen, duorum nominum genitivo casu expressorum v. 35. alterum πολετάρων, quod decem virorum erat collegium vectigalibus et operibus publicis locandis praefectum, principem sive prytanem (v. Boeckh. T. I. p. 167.) significare. In altero haereo, utrum scribam, ut in collegio decem ταμιῶν deorum, adscriptum putem, an architectum illum huic operi a re publica praefectum interpositum esse. Illud verisimilius iudico. Ἐκ Κηδῶν, ex pago Erechtheidos satis noto. Miror, virum doctum in his haerere potuisse. ΚΑΙΑΥΤΟΛΥΚΟΥΒ . . . . . Ο . . . . Pitt. Autolycum Areopagitam, quem Lycurgus accusasse traditur, quominus hic significatum putem, impedit me, quod is Autolycus statim post Chaeronensem pugnam capitis damnatus esse videtur. V. Kiessling Lycurgi fragmenta p. 35.

36. In hoc v. Pittacii apographum multo est plenius, habet enim  
 ΟΙ ΠΩΛΗΤΑΙ ΚΑΙ Ο ΕΠΙΤΕΙΔΙΟΙΚΗΣΕΙΑ ΒΡΟ... ΟΥΡΙΟΥ  
 ΟΥΤΕΛΗΣ. Ο ἐπὶ τῇ διοικήσει iam ex Rossiano apographo, coll. v.  
 83. 84, coniectura assecutus eram. Nunc etiam nomen viri, qui tum  
 Atheniensium redditibus et expensis praefuit, facillima coniectura restitui  
 potest. Erat ΑΒΡΩΝ ΑΥΚΟΥΡΓΟΥ ΒΟΥΤΑΔΗΣ. Quod unius li-  
 terae spatium inter ΑΒΡΟ et ΟΥΡΙΟΥ addendum fuit, id in apographo  
 Pittaciano expertum non morabitur. De hoc Habrone v. §. 1. dicta. Sed  
 ea res cum gravissima mihi videretur, quippe cui multa alia superstruenda  
 essent, Boeckhii de ea opinionem per literas exquisivi et assensum tulli  
 Franzii quae legerat: Θίβρων Θουρίου Βουτέλης, aliena sunt ab Athenis.

37. Ταδε τὰ ἔργα supplavi. Cf. Corp. Inscr. Graec. n. 160. §. 1.  
 τὰδε ἀνέγραψαν ἔργα τοῦ νεώ ὡς κατέλαβον ἔχοντα.  
 καὶ τῶν περὶ τὸν τ. Intelligitur ex his verbis, etiamsi prima duo  
 tantum pro certis habeantur, planissime, praeter urbis moenia, quae  
 primo loco nuncupata esse arguit v. 1., et Piraeensia et longa etiam  
 quartum quoddam munimentum tum relictum esse. Τῶν πρὸς τὸν Φα-  
 ληρέα supplere vetat T. quod extat, et quod hic murus nunquam instau-  
 ratus est. Num fortasse περὶ τὸν τρισκελῆ λόφον? cf. supra diss. I. §. 7.  
 Pittacius tamen habet ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΥΛΩΝ ΟΙΤ...

38. ΜΕΠΙΣΚΥΩΣΙΝ. In apographo Pittaciano est: ΜΕΠΙ-  
 ΣΚΕΥΩΣΙΝ. Franzius ἐπισκευάση. Verisimilius videbatur, omisisse opi-  
 ficem literas ΑΣ. — Inde a verbo ὅσα sententiam huiusmodi orsam esse  
 putaverim: Ὅσα μὲν παντελῶς κατεβρύηκε, ὁ κατὰ μέρος μισθωσάμενος  
 ἐκ τῶν θεμελίων κ. τ. λ.

39. Τὰς κρηπίδας λιθολογήσει. Hoc vocabulum mihi videor tum  
 ex ductibus literarum, tum ex sequenti λιθολογήματι, v. 45. coll. v. 47.,  
 eruisse. Ceterum utrumque apographum habet Α. Ο. ΛΩ... ΣΕΙ. Λι-  
 θολόγους ad muros construendos Athenienses exercitus secum ducere so-  
 lebant, velut in copiis Siciliensibus, Thucyd. (VI, 44. VII, 43., cf. Xenophon  
 Hell. IV, 4, 18. 8, 10. Horum est λογάδην φέρειν λίθους, qui aut nullo  
 instrumento formati (sic Athenienses Pylum muniverunt, Thucyd. IV, 4.),  
 aut inter aedificandum dolati, ita tamen ut quadrata saxa non fierent, non

sine calce vel luto (Thucyd. IV, 4.) componebantur. Ἔργμα λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις διὰ ταχέων ᾤρθωσαν, Thucyd. VI, 66. Περίβολοι μεγάλων λίθων λογάδων, Paus. II, 34, 10. Βωμὸς λίθων λογάδων, Id. VII, 22, 3. Ἐπ' αὐτῶν (τῶν μνημάτων) λίθοι λογάδες σεσωρευμένοι, Id. X, 5, 2. Inter Ortygiam et terram continentem Strabo I. p. 102. scribit fuisse χῶμα, ὡς Φησὶν Ἰβυκος (fragm. XXXIII. p. 187. ed. Schneidewin), λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἐκλεκτον. Interponebantur in eo opere (sicut in antiquissimo genere Cyclopeae structurae) magnis saxis parvi lapilli: οὐδὲ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὐ κείσθαι, Plato Legg. X. p. 902 D. cf. IX. p. 858 B. cum Scholiis. Minus accurate Timaeus Lex. Platon. Λιθολόγοι: οἰκοδόμοι, cf. Ruhnken. p. 174 (116. ed. Koch); et non ad omnia apte Lex. Rhetor. ap. Bekkerum Anecd. I. p. 277. Λιθολογήματα: τὰ νῦν λιθόστρωτα. Quanquam nemo negabit, etiam ad pavimenta facienda antiquos eo opere usque esse. V. Pollux VII, 27, 121. λιθόστρωτον ἔδαφος καὶ λιθολόγημα καὶ λελιθωμένον. (Et pavimentum etiam h. l. esse λιθολόγημα putat Franzius.) Λιθολόγημα esse fundamentum lapideum, maxime persuadet locus Xenoph. Cyrop. VI, 3, 25: Ὡσπερ γὰρ οἰκίας οὔτε ἄνευ λιθολογήματος ὄχυροῦ οὔτε ἄνευ τῶν στέγην ποιούντων οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ Φάλαγγος οὔτε ἄνευ τῶν πρώτων οὔτε ἄνευ τῶν τελευταίων, εἰ μὴ ἀγαθοὶ ἔσονται, ὄφελος οὐδέν. Quae Valckenaerius, a Ruhnkenio laudatus, Annot. crit. in N. T. p. 379. (Opusc. T. II. p. 288. ed. Lips.), disserit, eodem redeunt, λιθολόγους esse fabros caementarios, qui ex paratis lapidibus seligant qui suis quique locis apte haereant. Si non idem, simillimum certe est Graecorum λιθολόγημα Vitruvii (II, 8.) antiquo operi, quod incertum dicit, quod ex caementis aliis super aliis sedentibus et inter se implicatis multaque calce et arena satiatis componebatur.

Haec θεμέλια s. κρηπίδας iubetur operis conductor non minus bipedali altitudine supra terram attollere, ὕψος ποιῶν ὑπὲρ γῆς μὴ ἔλαττον ἢ διποδιαίας. Itaque intelligere nobis videmur, post ea, quae diss. I. §. 6. dicta sunt, hos muros e lateritia structura crepidini non admodum altae impositos fuisse. Neque Mantineensium moenium fundamenta ex caementis structa altiora fuisse videntur. In villa rustica Catoni (de R. R. 14.)

sufficit facere „lapide, calce, fundamenta supra terram pede, ceteros parietes ex latere.“ Sed etiam urbana antiquiorum Romanorum aedificia lateritia fuerant „paululum modo lapidibus suffundata, ut humorem escugerent.“ Varro ap. Nonium s. v. suffundatum p. 48. Merc. Multo quidem firmiter fundatus erat murus Larissae Medorum, qui Xenophonte Anab. III, 4, 7. teste ἠκοδόμητο πλίνθοις κεραμίαις (i. e. ex argilla coctis, gebrannte Thonsteine), κρηπίς δὲ ὑπὲν λιθίνη, τὸ ὕψος εἴκοσι ποδῶν. — Λιθολόγημα v. in tab. II. a-a.

40. τοὺς ἀρμούς. Corp. Inscr. Graec. n. 160. §. 10. τούτων ἐκάστου οὐκ ἐξείργασται ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος οὐδὲ οἱ ὀπισθεν ἀρμαί, quod spectat ad saxa quadrata. Boeckhius p. 283. foramina intelligit compacturae lapidum inservientia. Mihi post opus Hecatompedi accuratius cognitum videbantur esse margines saxorum quadratorum propter subtiliorem commissuram levigati (polierte Ränder der Stossfugen, v. Relat. Gotting. 1832. p. 855.). Ac certe haec sententia explicationi horum verborum egregie convenit, si statuitur caementorum illorum superficiem et margines exteriores ad modum saxorum quadratorum dolandos fuisse.

. ΠΟΛΟΙΔΟΣ. J. omittit Pitt. Nulla verba in lingua Graeca novi, quae his ductibus conveniant, nisi ΥΠΟ ΞΟΙΔΟΣ. Ξοίς scalprum sive ascia est, instrumentum quo ξέουσι, quod non soli lignarii fabri sed etiam lapididae faciunt (v. maxime Corp. Inscr. 160. §. 6.). Ὑπὸ ξοίδος, sub scalpro, ex fabrilis quodam verborum usu dictum puto. Ad eandem normam illud: sub ascia consummatum posuit, dedicavit, [adhibendum puto. πρὸς μετώπου versus frontem. Cf. ut alios omittam, Thucyd. III, 21. πύργοι ... ἰσοπλατεῖς τῷ τείχει, διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐτοῦ καὶ οἱ αὐτοὶ καὶ ἔς τὸ ἔξω.

41. ἀνορθῶν, λίθοις χρώμενος μὴ ἐλάττωσιν ἢ τριμημιποδιαίοις. Dubito, ad λιθολόγημα illud haec referenda sint an ad eas murorum partes, de quibus vv. 43. 44. dicitur. Pro ΡΟΩΓ Pitt. ΡΔΩΡ.

42. παρὰ πλευρὰν ὀρθὰ καὶ κατὰ κεφαλὴν. Sic supplevi coll. v. 44. παρὰ πλ]ευρὰν καὶ κατὰ κεφαλὴν, v. 63. 64. ἀνατεμεῖ τὸ γεισηπόδισμα ὀρθ[ὸν πα]ρὰ πλευρὰν. v. 64. 65. ἀκρογείσιον ποιῶν ὀρθ[ὸν] κατὰ κεφαλὴν. v. 70. ὀρθ[ὰ πα]ρὰ πλευρὰν. v. 72. καὶ τιθεῖς ὀρθ[ὰ]

παρὰ πλευρὰν καὶ κατὰ κεφαλὴν. Franzius recte comparavit ex Polluce I, 110. 111. ἄνεμος κατὰ πλευρὰν βιαζόμενος et κατὰ κεφαλὴν ἐπείγων. ἔξυπάγων vocabulum ignotum, sed cum ὑπαγωγεὺς trullam, quā calx muris inducitur, significet, apertum etiam ἔξυπάγειν hoc fabrorum opus (mit *Lehm verstreichen*) designare.

πηλῶ ἠχυρωμένῳ, ab ἄχυρῶ i. e. acere sive palea misceo. Πηλὸς δι' ἄχυρῶν dicitur in Geoponicis Graecis IX, 10. cf. II, 27. Ἡ περὶ τὸν πηλὸν ἄχυρῶσις dicit Aristot. H. A. IX, 7: eodemque spectare puto illud in Problematt. XI, 25. ὅταν ἄχυρῶθῶσιν αἱ ὀρχῆστραι, i. e. luto aceroso, quemadmodum areae frumentis terendis idoneae, sternuntur. Ἀναχύρωτον πηλὸν ex Aristophane affert Pollux, et ἀπὸ τοῦ τοίχου τὰ ἄχυρα ἀποσπάσαι ex Hippocrate Henr. Stephanus. Acerosum lutum, eodem paene vocabulo, dixerunt antiquiores Romani. V. Paulus Exc. Festi s. v. obaccrare. Nonio autem teste: „Aceratum est lutum paleis mixtum, ut laterariis usus est. Lucilius l. VIII. Latere (lateres, puto) qui ducit, habet nihil amplius nam (puto nanctus), quam commune lutum, a paleis coenumque aceroso (scr. acerosum).” Poeta ille spectat ad id laterum genus, quod nunc dicunt: *Lehmpätzen*. Cf. Palladius de R. R. VI, 12. De granariis Varro de R. R. I, 57: haec praecipit: Parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi: si minus, ex argilla mixto acere e frumento et amurca, quod murem et vermem non patitur esse. Cato de R. R. 14: Calcem, arenam, aquam, paleas, terram unde lutum fiat. Lutum paleatum dicit Plinius et Columella. — Πηλῶ etiam Nephelococcygiae muri lateritii struuntur, ap. Aristoph. Av. v. 1149.

43. Μὴ ἐλαττον πλίνθου κ. τ. λ. Haec et quae secuntur ad λιθολόγημα non spectare apertum est. Verum ea verba utrum ad parastatas quosdam sive anteridas muro firmando adiectas an ad turres spectent, definire non audeo. Πλίνθοι utrum ὠμαὶ an ὀπταὶ sint (v. diss. I. ann. 37.), per totum titulum non definitur, sed id ipsum nos movere potest ut illud probabilius ducamus.

44. σφηνώσει σφησὶν ἐλαίνοισ. Σφὴν apud architectos significat medium saxum in fornice, maxime in fornicatione directa (*im scheidrechten Bogen*). V. Philo in Mathematt. vett. p. 87. Sed nostro loco



apertum est dici compacturae genus, quod in monumentis Atticis etiamnum non raro deprehenditur. V. Comp. Archaeol. §. 105. ann. Cylindros maxime, ex quibus columnarum scapi compositi sunt, ligneis cuneis inter se commissos esse constat. Sed hic de quadratis saxis ita inter se vinctis dici existimo. De ξυλίνη hac ἱμαντάσει plura dabit Sibthorpius in Walpolii collectione: *Memoirs* p. 319.

45. καὶ τὸν στοῖχον? ἐπάνω?] τῶν λιθολογημάτων ἀμαξιαίοις (sc. λίθοις) οἰκοδομήσει. Haec rettuli ad corium aliquod, quod supra crepidinem ex caementis structam e magnis saxis quadratis struitur, et coronam quandam fundamenti efficit. V. tab. II, b—b.

ἀμαξιαίοις. Hoc maximo quadratorum saxorum genere in coronis faciendis antiqui saepius utebantur. Cf. Eurip. Phoen. 1175: Δᾶαν ἐμβάλων κάρᾳ ἀμαξοπληθῆ, γείσ' ἐπάλλξεων ἄπο.

46. Ἐπισκευάσει δὲ καὶ τῶν κλιμάκων τὰ δεόμενα (hoc verbum etiam Franzius suppleverat). Propter haec de turribus antea dictum esse existimo.

47. περιόντων supplevi, ubi παριόντων Franzius: sed nexus sententiarum obscurus est. — Ἐὰν δέ τι πτωματίση, si quid ruinam fecerit, Πτωματίζειν hoc sensu alias extare non vidi, sed πτωματίζεσθαι diu morbum caducum constat. V. Apollon. Mirab. ausculti 36. Franzius coni. πτώμα εὕρη, sed etiam apogr. Pittacianum habet ΠΤΩΜΑΤΙΣΣΙ, i. e. ΠΤΩΜΑΤΙΣΣΕΙ. Hinc transitur ad eas murorum partes, quae supra crepidinem erigebantur. Hic enim ordo huius demonstrationis operis faciendi est, ut ab imis partibus ad superiores semper procedat.

49. τῶν μεταπυργίων; supplevi. Interturriorum (hoc nomine audiunt in titulis Latinis) varia erat longitudo. Murorum, quibus Peloponnesii Plataeas cinxerunt, interturria denas habebant, ἐπάλλξεις, Thucyd. III, 21, 22.; Carthaginis CC pedes, Appian. VIII, 95.; Hierosolymorum CCC, Ioseph. B. J. V, 3. Vitruvius I, 5, iubet turrium intervalla ita fieri, ne longius sit alia ab alia sagittae missione. Interturriorum structuram docet Philo p. 80.

τὴν πάροδον, i. e. iter in muris in altitudine pinnaculorum extructum. In muris a Thucydide III, 21, descriptis interturria habent πάροδον,

turres *δίοδοι*. Item Philo p. 80. 81. satis accurate docet, qua ratione *πάροδος τῶν μεταπυργίων* et turrium *δίοδοι* construendae sint. Neque aliter in hoc titulo v. 89. *ὄροφῇ τῶν πύργων* distinguitur a tecto *τῆς παρόδου*. Hinc eo loco, quem nunc explicamus, *τῶν μεταπυργίων ἢ πάροδος* certis locis tollenda esse dicitur, ut muri ea parte commodius refici possint.

*αἱ ἀντηρίδες*, pilae structuram fulcientes, quas eodem vocabulo latine appellat Vitruvius VI, 11.

50. *ἐνδέσμους ἐμβαλῶν*. "Ενδεσμος nomen conferendum est cum verbo *ἐνδῆσαι* v. 75. Cf. Etymol. M. p. 725, 44.

51. *Θράνους* Pollux X, 11, 49. scribit dici ligna, quibus lateritii parietes includuntur, i. e. *τὰ ξύλα τὰ κατακλείοντα τοὺς πλινθίνους τοίχους*. Quod intelligo de cratitiis parietibus, quos Vitruvius dicit, ubi lateres interponebantur tignis arrectis et transversis. Propter similitudinem quamdam cratitii operis dicitur *Θρανίον* antepagmentum lacunarium. Hesychius: *Θρανίον ... τὸ ὑπὸ τοῖς Φατνώμασι σανίδωμα*. H. I. *Θράνους* transversa maxime tigna dici puto. Cf. v. 75. — Postea *γείσηπους* supplevi, cum Franzius *γείσιπους* posuisset. (Sed etiam Pitt. in marmore notavit Γ ... ΗΠΟΥΣ). Ex Grammaticis haec affero. *Γείσιπους καὶ γείσιπόδισμα καὶ γείσιποδίζειν: τὸ ἐξέχον τῆς δοκοῦ, ἐφ' οὗ τὸ γείσον ἐστίν, γείσιπους καλεῖται καὶ γείσιπόδισμα, καὶ γείσιποδίζειν τὸ τοῦτο ποιεῖν*, Harpocratio. Eadem pleraque habet Suidas. *Γείσιποδες αἱ δοκοὶ, αἱ ἐγκείμεναι (fort. ἐκκείμεναι) δοκίδες, ἐφ' ὧν τὰ γείσα τίθενται*, Etymol. M. p. 229, 38. *Αἱ δὲ προβολαὶ τῶν ὑπερώων οἰκημάτων αἱ ὑπὲρ τοὺς κάτω τοίχους προὔχουσαι γείσηπόδισματα (sic cod. A. v.g. γείσιπ.) καὶ τὰ φέροντα αὐτοὺς ξύλα γείσηποδες (γείσιποδες)*, Pollux I, 8, 81. *Γείσιπους καὶ γείσιπόδισμα τί ἐστίν· ἐστίν οὖν γείσιπους τὸ ξύλον τὸ ὑποβληθὲν καὶ φέρον τὴν γείσαν*, Lex. Rhetor. ap. Bekker. p. 227, 3. (et cf. p. 231, 4.). Sed Cod. (p. 1098.) habet *γείσηπους* et *γείσηπόδισμα*. *Γείσηποδες* etiam scriptum extat ap. Moschopul. Sched. p. 205. cf. Lobeck. Parerg. Phrynich. p. 666. Et *γείσηπόδισμα* recurrit in hoc titulo v. 63. 114.

*γείσον λίθινον ἢ κεράμεον*, ex lapide aut testa i. e. argilla bene cocta. Cf. diss. I. ann. 38. Sic Vitruvius II, 8. iubet summis parietibus lateritiis

sub tegula subiici structuram testaceam, eamque habere proiecturas coronarum.

52. ἐπισκευάσαι. ΕΠΗΣΚΕΥΑΣΑΣ Pitt. Καταστεγάσει δὲ καὶ τὴν πάροδον. Hoc itineris tectum, quod h. v. ut struatur praecipitur, descriptum postea habemus usque ad v. 75. Philo, ubi de interturriorum itinere loquitur, tria distinguit genera, τὰ μὲν κατάστεγα καὶ ἐπάλλξεις ἔχοντα (cui generi hi Athenarum muri adnumerandi sunt), alia ἐπάλλξεις μὲν ἔχοντα, παρόδους δὲ μὴ, sed eorum loco tabulas trabibus transversis impositas, quae, si opus visum fuerit iter murorum intercludere, facile removeri possint, tertium genus, cuius exemplum Rhodi erat, cum itinere fornicato.

52. 53. τὴν πάροδον τοῦ κύκλου τοῦ περὶ τὸ ἄστυ ἄνευ τοῦ διατειχίσματος supplēvi eo sensu, ut parodus murorum totam urbem ambientium, excepta ea parte, quae inter longos muros esset, tecto esset instruenda. Hac enim parte, quae non nisi post captos muros longos praesidiis firmanda et defendenda erat, parodo tecta, quae propugnatores a sole et imbris defenderet, minus opus esse videbatur. Κύκλος circulum sive coronam murorum significat, qua ipsa urbs cingitur, quam Herodotus I, 98. τὸν Ἀθηνέων κύκλον dicit. Sed ut moenia ea a Piraeensibus distinguerentur, opus erat addito: περὶ τὸ ἄστυ. Itidem scriptum est v. 76. τοῦ αστεως τῷ κύκλῳ. Quam definitionem desidero in supplemento Rossii: περ[ιδρόμου], quod tanquam integrum in lapide lectum posuit Pittacius. Ac περιδρόμου significatus, quem mox describere conabimur, ab hoc loco alienus est. Διατείχισμα omnino transversus murus est, quo spatium aliquod ab alio dissepitur et intercluditur; idem aliis verbis Thucydides dicit τὸ μεταξὺ (loquitur de parte murorum urbis) τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ τείχους. Ab hoc διατειχίσματι infra, v. 120. 121., longorum murorum portiones computantur. Franzius πρὸς τοῦ διατειχίσματος coniecerat, et locum in haec verba Latina transtulerat: *Et muniet non solum aditum moenium e regione munimenti interiecti et dipyli quod est situm trans portas, sed etiam muros longos.*

53. τοῦ δίπυλου τοῦ ὑπὲρ τῶν πυλῶν ἐπὶ τὰ μακρὰ τείχη. Non dicitur hoc loco de Dipylo, quod proprie eo nomine appellatur, medio inter

Ceramicum interiorem et exterioriorem, sed de duplice quodam fornice, qui in superiore arcuatione supra arcum portae extractus erat: cuius generis portarum plura ex antiquitate Romana exempla supersunt. Haec porta cum διατειχίσματι coniuncta vix alia esse poterat, quam ea qua intra munimentum longorum murorum ibant. Hinc putavi ἐπὶ vel εἰς τὰ μακρὰ τεῖχη scribendum esse, quanquam articuli τῶν repetitione aegre carens. Sed καὶ τὰ μακρὰ τεῖχη, quod Rossius coniectura, Pitt. tanquam ex marmore posuit, vix admittetur propter structuram verborum, et accedit quod ex v. 70. intelligitur longorum murorum parodum non fuisse tectam. Porta illa a Piraica quae dicitur diversa fuerit nec ne, nunc non quaeram.

54. ἐπιβαλὼν τοῦ περιδρόμου τὰ γεῖσα. Haec ut proxime superioribus adnectamus, structura eorum verborum quae secuntur cogimur. Περιδρόμος significat in aedibus privatis maenianum sive exostram quandam (*Balcon s. Altan*) altiore aedificii partem ambientem. V. Pollux VII, 27, 125. IX, 5, 39., qui Aristophanis ἐν Γήρα versum laudat: Ἐπὶ τοῦ περιδρόμου σταῖσα τῆς συνοικίας. In turribus, quae rotis veherentur, Cyrus ἐποίησε — καὶ περιδρόμους καὶ ἐπάλλξεις, auctore Xenoph. Cyrop. VI, 1, 53. Omne iter in muris significare videtur ὁ περιδρόμος Byzantii murorum apud Dion. Cass. LXXIV, 10. Murorum περιδρόμος, qui a παρόδῳ distinguitur, pro exteriori ambitu, extra pinnas, habendus est, qui coronae muri magnam partem insistit. (V. tab. adi. II, e.). Hinc ea corona τὰ τοῦ περιδρόμου γεῖσα appellari poterat. Cf. tab. II, d. Infra v. 85. 86. componuntur ὁ περιδρόμος καὶ ἡ ἐπάλλξις καὶ τὸ θωρακεῖον καὶ τὸ γεῖσον. Eo loco quo Rossius ΕΠ ... ΛΩΝ legit, Pitt. Γ. ΠΥΛΩΝ notavit, unde Franzius effecit καὶ πηλῶν.

Καὶ τῶν ἐπάλλξιων πάντα ὅσα ἀν ἡ ἀφεστηκότα πλέον ἐξ δακτύλων. Locus difficillimus, ex quo expedire me non potui, nisi ita ut a καὶ accuratiorem parodi descriptionem incipere, et illud Δ, quod inter ΟΣΑ et ΑΝ interiectum habet titulus, errore opificis invectum esse staterem; idemque sensisse video Franzium. Nam de ἐπάλλξιων γεῖσοις h. l. dici, in animum inducere non potui, propterea quod haec ipsa ἐπάλλξια nunc non coronis tegenda sed in altius extruenda sunt. Ubi

ΕΠΙΛΑΞ[Ι]ΩΝ scripsit Ross., Pitt. posuit ΕΠΙΛΑΞΕΩΝ. Et habet utramque formam hic titulus, eo puto discrimine, ut ἐπαλξίς omne pinnarum munimentum complectatur, ἐπαλξιὸν autem inferiorem murum significet (in tab. II, g, notatum), cui pinnarum ordo (tab. II, h) fenestris interruptus superstruitur. Sic enim v. 56. explicandus erit. Atque de hoc ἐπαλξίῳ primum dici opus erat. . . . . ΚΟΤΑ putavi ἀφεστηκότα fuisse, quanquam eius rei minime certus, sed adductus comparatione v. 85. ὅσα δ' ἀφεστηκότα ἦ τοῦ ἀλοιμοῦ. I . . . . ΚΑΤΑ Pitt. quod Franzius cum proximis ita coniunxit: σάθρα κατὰ πλέον.

55. πλινθοβολεῖν, lateritio opere extruere, vocabulum adhuc incognitum.

διαλείπων θυρίδας διπλίνθους. V. tab. II, i. Aperturæ inter pinnas latae esse debent binos lateres. Atqui, Vitruvio teste II, 3., *duobus laterum generibus Graecorum aedificia struebantur, ex his unum pentadoron, alterum tetradoron dicitur. Doron autem Graeci appellant palmum . . ., ita quod est quoque versus quinque palmorum (i. e. I pedis et IV digitorum) pentadoron, quod quatuor tetradoron dicitur. Et quae sunt publica opera, pentadoro, quae privata, tetradoro struuntur. Hinc διπλίνθον spatium videtur esse II pedum cum semisse; videbimus tamen ad v. 57. fuisse II pedum tantum; itaque hanc parodum tetradoro latere exstructam fuisse intelligitur.*

55. 56. ὕψος ποιῶν τοῦ μὲν ἐπαλξίου τρεῖς πόδας, τῆς δὲ θυρίδος δέκα στοίχους. Ex hoc maxime loco intelligitur, τὸ ἐπάλξιον fuisse infra fenestras illas et pinnarum partes iis interpositas; siquidem alioquin τοῦ ἐπαλξίου et τῆς θυρίδος altitudo differre non poterat. Στοῖχος est ordo directus sive corium laterum per longitudinem murorum pertinens, qui ab aliis πλίνθων δόμος dicitur. Herodot. I, 179. Ac laterum apud Graecos certam fuisse crassitudinem, evincunt rationes Plataeensium, qui ex modulo laterum noto et numero ordinum observato altitudinem murorum hostilium computaverunt. *Ἐυμετρέησαντο δὲ ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν πλίνθων ἢ ἔτυχε πρὸς σφᾶς οὐκ ἔξαληλιμμένον τὸ τεῖχος αὐτῶν, Thucyd. III, 20. Iam constat, lateres apud antiquos exili fuisse crassitudine, si cum iis comparentur, quibus nunc utuntur. Lateres coctos, V. D.*

Hirtius scribit, in antiquis monumentis sextam fere pedis partem crassos esse solere. Idem tamen notat, lateres ad solem siccatos, quorum faciendorum artem docet Palladius de R. R. VI, 12., altitudine esse IV unciam, i. e. tertiæ pedis partis. V. Theoria Architect. p. 145. 160. Atticos hos lateres, etiamsi cocti fuerint, ea crassitudine fuisse oportet, ut neque fenestrae telis emittendis nimis depressæ et parodi tectum satis altum fieret. Hinc colligitur *στοῖχον* IV saltem fuisse digitorum, ut fenestrae summa pars V pedes et dimidium et tectum VII ped. cum quadrante supra solum esset. In muris Hierosolymorum Iosephus de bello Iud. V, 2. tradit, fuisse *διπήχεις μὲν τὰς ἐπάλλξεις, τριπήχεις δὲ τοὺς προμαχῶνας*, illo nomine murum continuum infra pinnas, hoc pinnas inter se distantes significans. Cf. c. 3.

56. 57. καὶ ἐπιθήσει ὑπερτόναια ξύλινα γομφώσας διάτοιχα πάχος στοιχιαῖα μήκος ὀκτώποδα. Ὑπερτόν[α]ια ξύλ[ινα] supplendum esse mihi significavit Boeckhius, postquam Franzius v. 57. 58. ὑπερτοναίοις scribendum esse viderat, qui quidem h. l., confusus lectione Pittaciana, ΗΥΠΕΡΤΩΝΔΙΑΞΥΛΩΣΕΩΜΦΩΣΑΣ, scribendum esse putavit: ὑπὲρ τῶν διαξύλώσεων στρώσας. Ὑπερτόναια quid sint, apparet ex etymo et Polluc. VII, 27. 122., ligna supra lumen fenestrarum suspensa. V. tab. II, k. Similiter *διατόναια τοξοειδῆ* dicuntur tigna in arcus speciem supra oecum extensa, ap. Athen. V. p. 205. ex. *Γομφώσας διάτοιχα* coniunxi eo sensu, ut ea limina inter se ita securiculis coagmentanda esse dicantur, ut perpetuo ordine per muri longitudinem pertineant. Quanquam Hesychius s. v. *διάτοιχοι* οἱ ἀπὸ τοίχου ἐπὶ τοῖχον, interpretatur. Quod ad crassitudinem muri attinet, nescio an extra haec ὑπερτόναια arcus directus ex lateribus suspensus fuerit, quo firmior laterum structura fieret, quæ facile labare videretur, si ligneo illo limine plane interrupta esset. Sed haec in dubio relinquo. Ὀκτώποδα autem cum sint τὰ ὑπερτόναια (ΟΚΤΑΠΟΔΑ scribit Pitt.): intelligitur spatium a media pinna usque ad median alteram tertiamve octo pedum fuisse. Prius si statueris, pinnae latitudo esset VI pedum, quæ cum nimis abhorreat a spatio fenestrae, quod esset II pedum, praefero alterum, ex quo consequitur, pinnarum eandem fuisse latitudinem quam fenestrarum, i. e. II pedum.

57. 58. ὑποθήσει δὲ καὶ κύβους τοῖς ὑπερτοναίοις, ligneos ut videtur cubos, laterum inferiori ordini interpositos, ut clavis immissis firmior materiae et laterum fieret coniunctio. V. tab. II, L.

58. καὶ ἐπιπλινθοβολήσει ὕψος ἕξ στοίχους. Sic confiunt XVII coria praeter III pedes τοῦ ἐπαλξίου, i. e. ut videtur VII pedes cum quadrante. Cf. adscripta ad v. 55. 56. Tab. II, m.

58. 59. οἰκοδομήσει δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐνδοθεν στόχους, οὗ μὴ εἰσιν οἰκοδομημένοι, διπλίνθους. Στόχον si quis forte h. l. pro variata forma v. στοῖχος habuerit, is in explicandis iis quae secuntur non habebit quo se vertat. Equidem vexabar multis dubitationibus, donec intellexi στόχον a στοῖχω plane differre, et significare pilam angustam, qualis iaculatoribus scopo poni possit. ΣΤΟΙΧΟΥΣ etiam h. v. non recte posuit Pitt., ex quo Franzius effecit τοίχους. Δίπλινθοι dicuntur hae pilae eodem sensu, quo lateritii muri diplinthii aut triplinthii dicuntur (Vitruv. II, 8.), i. e. crassitudine binorum laterum. Crassitudinem autem dico lineam transversam, quae longius producta pinnas cum fenestris secaret. Nam quod ad latitudinem horum στόχων pertinet, eam unius lateris sive pedis fuisse oportet, propter ea quae proximis statim verbis adiiciuntur. V. hos στόχους tab. II, n.

διαλείποντας ἑπτὰ πόδας. Haec pilarum intervalla ad fenestrarum et pinnarum dispositionem non possunt non certa ratione respondere, cum propter symmetriam, quam architecti non sine necessitate negligunt, tum propter firmitatem totius structurae. Δοκίδας enim, quae postea memorantur, opus erat ita imponi, ut supra pilas atque pinnas fenestris interpositas essent. Itaque spatium a medio usque ad medium στόχον debet fuisse VIII pedum, et ipse στόχος latitudine unius pedis.

59. 60. καὶ ἐγκατοικοδομήσει στρωτήρας δύο (ΔΥΩ Pitt.) διαλείποντας τριῖ ἡμιπόδια. Intelligitur hoc fieri oportuisse inter aedificandum, antequam pilae ad eam altitudinem evectae fuerint, quae sequentibus verbis definitur. Iam quod ad στρωτήρας attinet, quanquam vix novi quicquam afferre queo, ponam tamen omnia, quae mihi ex antiquis scriptoribus innotuerunt. Primum definitiones in lexicis Graecorum propositas: Τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δουροδόκων τιθέμενα στρωτήρας ἔλεγον

(haec Harpocratio s. v. *στρωτήρ*, eadem Photius Lex. s. v. *στρωτήρ* p. 544. l. 18. Etymol. M. p. 731. ex Rhetoribus) — *στρωτήρες* εἰσι τὰ μικρὰ δοκίδια εἰς ὀροφὰς πεποιημένα (Lex. Rhetor. ap. Bekker. p. 302. Etymol. M. p. 731. Photius p. 545. l. 2. ubi corrupte legitur εἰς *στροφὰς*) — *στρωτήρ* ἢ λεπτή δοκός (in Cyrilli glossis) — *asserēs κοντοί, δοκοί, στρωτήρες* (glossae, v. Gessneri Lexicon Latinit.) — Οἱ δὲ *Φασι πλέγματά τινα ἀπὸ ῥάβδων εἰς ὀρόφωσιν πεποιημένα* (Lex. Rhetor. l. l. Etymol. M. l. l. Photius p. 545. l. 3.) — οἱ δὲ *σανίδας εἰς ὀροφὴν ἐπιτηδείους* (Lex. Rhetor.) — ἢ τὸ πλέγμα τὸ ἀπὸ τῶν παπύρων εἰς τὰς σκηναὶς καὶ καλύβας πεποιημένον (Lex. Rhetor. Photius p. 544. l. 24. Etymol. M. ἐν τῇ *συνηθείᾳ*.) — *στρωτηρίδια γεῖράδια* Suidas s. h. v. Intelligitur, *στρωτηῖρας* proprie significasse tiglia quaedam sive asseses maioribus tignis sive trabibus in tectis faciendis instrata, sed cum vocabuli etymon ad omnem aedium *στρωσιν* pertineret, traductum id etiam esse ad alia leviora insterendi tecti genera. Scriptores tamen, quorum opera supersunt, omnes primario et proprio sensu eo vocabulo usi sunt. V. in universum Boeckhii, in Annalibus criticis Berolin. ann. 1835. mens. Octobr. fol. 77. *Στρωτηῖρας* numerari potuisse ab eo, qui in oeco esset, et lacunaria suspectaret, intelligitur ex Aristophane apud Polluc. X. s. 173. ex Theophrasto *περὶ ἰλίγγων* 12. Polybio, V, 89, 6., teste, Antigonus Rhodiis misit ad reficiendam urbem *ξύλα ἀπὸ ἑκκαίδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους εἰς σφηκίσκων λόγον μύρια ἑπταπήχεις πεντακισχιλίουσ.* Philo de telorum constructione in *Mathematt. vett.* p. 87., ubi *σιτοβολῶνων* structura describitur: *εἶτα εἰς τὰ ἀναμέσον τῶν ἀψίδων διαστήματα στρωτηῖρας ἐπιβάλλειν τοὺς ἰσχυρωτάτους καὶ ἄνωθεν κάλαμον.* (cf. annot. ad v. 68.). Arrianus Ind. 30. de ossibus cetaceorum, quibus Ichthyophagi ad aedificia struenda utebantur: *Εἶναι ὧν τὰ μὲν ἐν τῆσι πλευρῆσιν αὐτῶν ὅστέα δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα, τὰ δὲ μικρότερα στρωτηῖρας.* Libanius Epist. 1592. *Στρωτηῖρων δέομαι, κάμακας δ' ἂν ἢ χάρακας ἄλλος εἶπε σοφιστής.* Denique Theraeus titulus, in Corp. Inscr. Graec. n. 2454., materiem porticus operiendae recensens *τὴν τῶν ξύλων* (i. e. crassiorum, quae alias *τετράγωνα ξύλα* appellantur, v. Boeckh. l. l. fol. 78. p. 625.) *καὶ τῶν στρωτηῖρων ὕλην* commemorat. Omnibus per-



pensis satis intelligitur *στρωτήρας* non esse trabes tignave maiora, sed esse potius asses magis minusve validos, qui trabibus imponebantur, ut, quae etiam sic manebant intervalla, cannis aliove operimento insternerentur. Nostro tamen loco si quis *στρωτήρας* ad tecti contignationem retulerit, vereor ne in difficultates irretiatur inexplicabiles. Quocirca plane assentior Boeckhio l. l. p. 619. statuenti, *στρωτήρας* esse quidem asses eiusdem generis et moduli, quo in contignatione facienda utebantur, sed interponi hic pilis illis, quae *στόχοι* dicuntur, ut pro pluteo (*Geländer*) essent. Poterant autem *στόχω διπλίνθω* illi *στρωτήρες*, si VI digitos — quod exempli causa pono — quoquoersus crassi erant, ita infigi, ut utrinque latere XIII digitos lato continerentur et in medio *στόχω* inter se commissi compactura quadam iungerentur. Ac videtur inferior asser sesquipedem supra terram fuisse, quod intervallum inter inferiorem et superiorem faciendum esse praecipitur.

60. 61. ὕψος ποιῶν τοῦ στόχου ὥστε ἀνόρ[θ]ο[us] εἶναι εἰς τὸ εἶσω. ΤΟΥΣΤΟΧΟΥΣΩΣΤΕΑΝΟΡΘΟ|ΥΣ Pitt., quae Franz. mutavit in τὸς τοίχους ὥστε ἀνόρθους. De lectione tamen Rossii dubitari nequit, sed interpretatio vocis ἀνόρθος non satis certa est. (Cf. Stephani Thes. ed. Angl. p. 6916 c.) Hoc in titulo cum altitudo pilae eo vocabulo significetur, puto ἀνόρθον εἶς τι dici quod erectum sit usque ad libramentum alius cuiusdam structurae (*in die Höhe geführt bis zum Niveau eines andern Points*). Quod in breviloquentia technici sermonis illo vocabulo significari potuisse, nemo facile negaverit. Εἰς τὸ εἶσω autem ad interiori partem spectare apertum est, puto ad murum supra fenestras et pinnas lateritio opere exstructum. Qui si non altior est pilis sive *στόχοις*, trabes, quae his imponuntur (*ἐπιθήσει δοκούς εἰς τοὺς στόχους*), supereminere necesse est murum illum. Quo comperto commode utemur in iis quae secuntur.

61. Οὐ μὴ κατεστέγασται; nam omnia ea opera partim tum iam facta ac vel diruta vel non absoluta fuisse, intelligitur etiam ex v. 59. 70. al.

61. 62. στεγάσει δοκί[σιν] καὶ ἐπιβλήσιν τιθεῖς ἐναλλάξ, ἢ στρωτήρσιν περιενκεντρίσει. ΣΤΕΓΑΝΗΔΟΚΟΙ|ΣΙΝ Pitt. στεγαναῖς δοκοῖ-

σιν Franz. **ΗΙΣΤΡΩΤΗΡΣΙΝ** Pitt. ex quo καὶ στρωτῆρσιν Franzius. At numerus literarum refragatur. Intelligitur supra trabes et murum fenestratum poni aut δοκίδας, tigilla, cum ἐπιβλήσιν, inter se alternantia, aut στρωτῆρας. Ἐπιβλήτων, si eam vim vocabuli, qua obicem significat (Pollux I, 8, 77.), exceperis, perexigua mentio. Harpocratio s. v. ἐπιβλήs ἐστίν, ὡς μὲν Τιμαχίδας φησί, δοκός. ὡς δὲ φησι Κλείταρχος ὁ γλωσσογράφος, ποιά τις δοκός. Puto esse trabeculas ταῖς δοκίσιν in transverso interpositas atque ita intercardinatas, ut, quod nos *Rostgebälk* dicimus, existat. V. de ea re Hirt. Theoria architect. p. 32 sqq. In simili re nostratés vocabulo: Riegel, quod Graeco ἐπιβλήs, Latino obex respondet, utuntur. Alterna ponuntur haec tigna, cum eodem numero sibi respondent directa et transversa: vix enim poterat latitudo parodi maior esse, quam ut in ea tegenda singulae ἐπιβλήτες sufficerent.

στρωτῆρσιν περιενκεντρίσει διαλείπων τρεῖς παλαστὰς ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν. Στρωτῆρες quanquam satis cogniti esse videntur (v. annot. ad v. 60), περιενκεντρίζειν tamen verbum hoc primo loco prodit. Ἐγκεντρίs aculeus est infodiendo vel impingendo idoneus; itaque περιενκεντρίζειν στρωτῆρσιν nihil aliud esse potest, nisi undique vel utrinque asseres acutos impingere. Apertum est aliquam materiae compacturam indicari, eamque antiquis architectis tam fuisse bene cognitam, ut uno tantum verbo opus esset, atque etiam eorum tignorum, in quae στρωτῆρες impingendi essent, δοκίδων puto, mentio omitti posset. Puto tignorum horum superficiem ita incidendam fuisse, ut στρωτῆρες extremi ei immitterentur, neque tamen hos per totam crassitudinem demissos esse in tigna, sed maximam partem supereminuisse. Intervallum στρωτήρων dicitur esse palmorum (intelligo palmos minores) III., id est digitorum XII., ex quo apparet ipsos στρωτῆρας non admodum validos asseres esse. Ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν facilius esset intellectu, si coniungeretur cum verbis στρωτῆρσιν περιενκεντρίσει, sed ne ordo verborum turbetur, acquiesco in structura: διαλείπων ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν, atque arbitror στρωτήρων eam fuisse formam, ut superficies eorum in angustius spatium contraheretur.

63. καὶ διοικοδομήσας ἐπὶ τοῦ τοίχου ἀνατεμεῖ τὸ γεισηπόδισμα. **ΔΙΟΙΚΟΔΟΜΗΣΕΙ** Pitt. **ΤΕΙΕΑΠΟΔΙΣΜΑ** idem, sed iam Franzius

pensis satis intelligitur *στρωτήρας* non esse trabes tignave maiora, sed esse potius asseres magis minusve validos, qui trabibus imponebantur, ut, quae etiam sic manebant intervalla, cannis aliove operimento insternerentur. Nostro tamen loco si quis *στρωτήρας* ad tecti contignationem retulerit, vereor ne in difficultates irretiatur inexplicabiles. Quocirca plane assentior Boeckhio l. l. p. 619. statuenti, *στρωτήρας* esse quidem asseres eiusdem generis et moduli, quo in contignatione facienda utebantur, sed interponi hic pilis illis, quae *στόχοι* dicuntur, ut pro pluteo (*Geländer*) essent. Poterant autem *στόχω διπλίνθω* illi *στρωτήρες*, si VI digitos — quod exempli causa pono — quoquoersus crassi erant, ita infigi, ut utrinque latere XIII digitos lato continerentur et in medio *στόχω* inter se commissi compactura quadam iungerentur. Ac videtur inferior asser sesquipedem supra terram fuisse, quod intervallum inter inferiorem et superiorem faciendum esse praecipitur.

60. 61. ὕψος ποιῶν τοῦ στόχου ὥστε ἀνόρ[θ]ο[υς] εἶναι εἰς τὸ εἶσω.  
 ΤΟΥΣΤΟΧΟΥΣΩΣΤΕΑΝΟΡΘΟ|ΥΣ Pitt., quae Franz. mutavit in  
 τοὺς τοίχους ὥστε ἀνόρθους. De lectione tamen Rossii dubitari nequit, sed interpretatio vocis ἀνόρθος non satis certa est. (Cf. Stephani Thes. ed. Angl. p. 6916 c.) Hoc in titulo cum altitudo pilae eo vocabulo significetur, puto ἀνόρθον εἶς τι dici quod erectum sit usque ad libramentum alius cuiusdam structurae (*in die Höhe geführt bis zum Niveau eines andern Points*). Quod in brevilloquentia technici sermonis illo vocabulo significari potuisse, nemo facile negaverit. Εἰς τὸ εἶσω autem ad interioriorem muri partem spectare apertum est, puto ad murum supra fenestras et pinnas lateritio opere exstructum. Qui si non altior est pilis sive *στόχοις*, trabes, quae his imponuntur (*ἐπιθήσει δοκοὺς εἰς τοὺς στόχους*), supereminere necesse est murum illum. Quo comperto commode utemur in iis quae secuntur.

61. Οὐ μὴ κατεστῆγασται; nam omnia ea opera partim tum iam facta ac vel diruta vel non absoluta fuisse, intelligitur etiam ex v. 59. 70. al.

61. 62. στεγάσει δοκί[σιν] καὶ ἐπιβλήσιν τιθεῖς ἐναλλάξ, ἢ στρωτήρσιν περιενκεντρίσει. ΣΤΕΓΑΝΗΔΟΚΟΙ|ΣΙΝ Pitt. στεγαναῖς δοκοῖ-

σιν Franz. **ΗΙΣΤΡΩΤΗΡΣΙΝ** Pitt. ex quo καὶ στρωτήρσιν Franzius. At numerus literarum refragatur. Intelligitur supra trabes et murum fenestratum poni aut δοκίδας, tigilla, cum ἐπιβλήσιν, inter se alternantia, aut στρωτήρας. Ἐπιβλήτων, si eam vim vocabuli, qua obicem significat (Pollux I, 8, 77), exceperis, per exigua mentio. Harpocratio s. v. ἐπιβλής ἐστίν, ὡς μὲν Τιμαχίδας φησί, δοκός. ὡς δὲ φησι Κλεΐταρχος ὁ γλωσσογράφος, ποιά τις δοκός. Puto esse trabeculas ταῖς δοκίαισιν in transverso interpositas atque ita intercardinatas, ut, quod nos Rostgebalk dicimus, existat. V. de ea re Hirt. Theoria architect. p. 32 sqq. In simili re nostrates vocabulo: Riegel, quod Graeco ἐπιβλής, Latino obex respondet, utuntur. Alterna ponuntur haec tigna, cum eodem numero sibi respondent directa et transversa: vix enim poterat latitudo parodi maior esse, quam ut in ea tegenda singulae ἐπιβλήτες sufficerent.

στρωτήρσιν περιενκεντρίσει διαλείπων τρεῖς παλαστὰς ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν. Στρωτήρες quanquam satis cogniti esse videntur (v. annot. ad v. 60), περιενκεντρίσει tamen verbum hoc primo loco prodit. Ἐγκεντρίσει aculeus est infodiendo vel impingendo idoneus; itaque περιενκεντρίσει στρωτήρσιν nihil aliud esse potest, nisi undique vel utrinque asseres acutos impingere. Apertum est aliquam materiae compacturam indicari, eamque antiquis architectis tam fuisse bene cognitam, ut uno tantum verbo opus esset, atque etiam eorum tignorū, in quae στρωτήρες impingendi essent; δοκίδων puto, mentio omitti posset. Puto tignorū horum superficiem ita incidendam fuisse, ut στρωτήρες extremi ei immitterentur, neque tamen hos per totam crassitudinem demissos esse in tigna, sed maximam partem supereminuisse. Intervallum στρωτήρων dicitur esse palmorum (intelligo palmos minores) III., id est digitorum XII., ex quo apparet ipsos στρωτήρας non admodum validos asseres esse. Ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν facilius esset intellectu, si coniungeretur cum verbis στρωτήρσιν περιενκεντρίσει, sed ne ordo verborum turbetur, acquiescō in structura: διαλείπων ἐκ τοῦ ἐπάνωθεν, atque arbitror στρωτήρων eam fuisse formam, ut superficies eorum in angustius spatium contraheretur.

63. δεκάτ' διοικοδομήσας ἐπὶ τοῦ τοίχου ἀνατεμεῖ τὸ γεισηπόδισμα. **ΔΙΟΙΚΟΔΟΜΗΣΕΙ** Pitt. **ΤΕΙΕΛΠΟΔΙΣΜΑ** idem, sed iam Franzius

tantum non omnes literas recte restituerat: *γείσηπόδιαμαί*. Intelligitur contignationem parodo ita superstruendam fuisse, ut supra murum capita tignorum, *δοκίδων* sine dubio, proicerentur, quae certa ratione praecisa *γείσηπόδιαμαί* efficiunt, de quo n. adscripta ad v. 51. Proiectura statim praecipitur ne minor esset sesquipedes, et externa praecisorum tignorum facies ut esset ad perpendicularum facta. *καὶ ἐπιπλάσει ἀκρογείσιον ποιῶν ὄρθον κατὰ κεφαλὴν πλάτος ἑπτὰ δακτύλων πάχος πάλαστῆς. Ἀκρογείσιον* vox adhuc incognita, cuius significatum etymon prodit. Nam supremā pars coronae simā est, qua tegularum ordines proteguntur atque aqua continetur et certis locis effunditur. Mensurae, quae indicantur, quomodo simae conveniant, in tab. adj. II, t.

65. 66. *παρατεμῶν ἐκ τοῦ ἐνδοθεν πάχος ἱμάντος καὶ τὸ μέτωπον ποιῆσας πρὸς τὴν καταφορὰν.* Opponitur interna facies simae externae. Illi incidenda est stria quaedam (*ein Falz*) eius altitudinis, ut *ἱμάντες* ei immitti possent, id est unius digiti. Cf. n. 67. (Ceterum ΠΑΧΟΣΙΜΑΤΟΣ Pitt., quocirca Franzius *γείσσωματος* coniecerat, sed vera lectio nunc Rossii fide in aperto est.) Haec autem exterior facies ita inclinanda est, ut aqua pluvialis inde proiciatur, quod tecnico vocabulo dictum puto τὸ μέτωπον ποιῆσαι πρὸς τὴν καταφορὰν. Potest autem huius simae, quamquam lignae, figura optime describi comparatis simis marmoreis, quae extant in aedibus sacris Graecorum. V. ex. gr. simam Rhamnusi Nemeseos templi, descriptam in Ineditis Atticae antiqu. c. VI. tab. 7. et in tb. huic dissert. adiecta II. fig. 6.

66. 67. *Ἐπιπλάσει δὲ καὶ εἰς τὸ ἐντὸς ἱμάντας διαλείποντας τρεῖς πάλαστῆς πάχος δακτύλου πλάτος πέντε δακτύλων ἤλοις σιδηροῖς.* Quid *ἱμᾶς* fabricorum Graecorum fuerit, hic locus omnium apertissime docet. Est asserculus non magnae latitudinis sed minoris etiam crassitudinis (*eine Latte*), qui in operiendis aedificiis supra *δοκίδας* et *στρωτηῆρας* ponitur, ac simul, quod ex sequentibus intelligitur, tecto insternendo insetvire potest. In titulo illustri de Minervae Poliadis aede legitur (Corp. Inscr. Graec. n. 160. §. 7.): *Ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θύρωματος τὸν βωμὸν τοῦ θυγκοῦ ἀθέτον τῆς ἐπιπλάσεως ἀφ᾽ ἡμῶν καὶ ἱμάντας ἀθέτους*, de quo

loco nuper iterum accurate, sicut eius mos est, disputavit Boeckhius in *Annal. crit. Berlin.* 1835. Oct. fol. 76. sqq. Unum addo: si forte nunc compertum habeatur, marmorea fuisse illius porticus lacunaria, *σφηκίσκου*s et *ιμάντας*, quos ad materiationem spectare Boeckhius primus demonstravit, ad superiorem tertiæ structuram pertinere statuendum esse, ita fortasse ut *σφηκίσκου*s cantheriis et *ιμάντες* asseribus Romanorum aequiparentur: quamquam sic templa tecti aegre desideraveris. Sed hanc quaestionem, cum ad hoc opus faciendum non sit necessaria, ulterioribus curis relinquimus. *Ιμάντος* quaedam mentio, sed admodum obscura extare videtur in titulo edito a Boeckhio in *Ephemerid. literar. Halens.* a. 1835. *Intell. f.* 35. tit. 8. Intervalla trium palmorum in tabula adiecta H, v. uno digito minora descripsi, ut cum latitudine asserculorum singulos pedes efficerent atque materiationis subiectae numeris responderent.

68. καὶ ἐπιβαλὼν κάλαμον λελαμμένον, ὑποβαλὼν λοβὸν ἢ κάλαμον. Restant nunc intervalla asserculorum explenda, quae partim per *στρωτήρας* tecta subtus intuenti quadrata apparent trium palmorum quoque versus. Haec vel tabulis, quae *καλυμμάτια* dicebantur, vel arundine cannave operiri poterant: quo supra (v. 60) vidimus etiam *στρωτήρων* vocabuli potestatem deflexam esse. Arundines quae superne iniiciuntur dicuntur *κάλαμος λελαμμένος*. Hoc vocabulum, a *λάπτω*, lambo, technicum significatum induisse debet, ita puto, ut aqua dilutam et maceratam quodammodo arundinem significaret, quae elastica quam dicimus vi privata, si lutum postea inductum esset, nullam in eo rimam faceret. Arundinem tunsam dicit Vitruvius VII, 3, ubi camerae faciendae praecepta exponit, et Palladius de R. R. I, 13., qui ex illo hortulos suos irrigavit, sed nonnulla tamen aliter et magis perspicue describit. Hic postquam exposuit, quomodo asseres disponendi sint, sic pergit: "Binas inter eos, i. e. asseres, perticas dirigemus tomicibus alligatas. Postea palustrem cannam, vel hanc crassiorem, quae in usu est, contusam, facta et strictius iuncta crate, subnectemus, et per omne spatium cum ipsis asseribus et perticis alligabimus." Vitruvius haec: "Asseribus dispositis tum tomice ex sparto Hispanico arundines Graecae tunsae ad eos, uti forma postulat, religuntur. Item supra cameram materies ex calce et arena mixta sub-

inde inducatur, ut si quae stillae ex contignationibus aut tectis ceciderint, sustineantur. Sin autem arundinis Graecae copia non erit, de paludibus tenues colligantur, et mataxaetomice ad iustam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur, et quae sqq. Multus maxime in rusticis operibus arundinis ad operiendum usus erat. Columell. de R. R. XII, 50: "Itaque cum lacus, quemadmodum diximus, extruxeris, asserculos inter se distantes semipedalibus spatiis supra solum ponito, et cannas diligenter spisse textas iniicito." Quod ad titulum nostrum attinet, notabile est, duo fieri strata arundinis, alterum subiectum asserculis, alterum superne alligatum, idque ut videtur in modum cratis connexum. Pro inferiore arundinis strato, cui nullum pondus sustinendum erat, adhiberi etiam poterat λαβῶσι, i. e. acus fabaginum (vocabulis utor Catonianis, de R. R. 54.) sive ἄχυρα κνάμινα (Geopon. IX, 10). Quo aceris genere luto etiam maior tenacitas acquisita esse videtur, quam communi palea.

68. 69. λαβῶσει πηλῶ ἠχυρωμένῳ πάχος τριδακτύλῳ. Nullum verbum video, quod ex literis Rossiani apographi ΛΟ.ΩΣ.Ι effici possit, nisi λαβῶσει. ΠΗΛΩΣΕΙ Pitt., coniectura ut videtur ductus. Λοβοῦν puto technico sensu dictum esse de luto, quod acere fabagino spissatum inducitur. Hoc autem lutum λελοβωμένον ab inferiore parte inductum esse arundini, intelligitur ex iis quae secuntur. Itaque caelum huius camerae (der. Plafond) nunc quodammodo absolutum est. Non multum interesse videtur inter hoc λοβοῦν et καταλείφειν Philonis, nisi quod hoc calce potius fieri statuerim. Philo p. 87., ea verba quae ad v. 60. posuimus, continuans: καὶ ἄνωθεν κάλαμον καὶ καταλείψαι ὡς βέλτιστα. Idem eadem p. 87. de aedificatione σιτοβολώνων dicens: τὴν ἄνω ὀροφὴν δοκοὺς διαθεῖς καὶ στρωτῆρας ἐπιβαλὼν κεράμωσον ἢ κατάλειψον ὡς βέλτιστα: quo loco κατάλειψις, cum κεραμώσεως vice fungatur, ruderationem, quae aquam transire non patiat, significet necesse est. Atque ea sine calce perfici nequit.

69. καὶ κεραμώσει Λακωνικῶ κεράμῳ τοῦ μὲν κύκλου τὴν πᾶσαν πάροδον — Igitur parodi στέγη est κεραμωτή. Aristot. Phys. VII, 3. dicit perfici domum θριγκουμένην καὶ κεραμουμένην. Laconicarum tegularum

nulla adhuc mentio extabat, nisi quod in Geopon. XIV, 11, 1. Λάκωνος ὀστράκου κοπέντος mentio facta est.

70. τῶν δὲ μακρῶν τευχῶν τὰς ἡγεμόνας, οὓς μὴ εἰσιν κείμεναι (i. e. τεθειμέναι, v. Böeckh. Corp. Inscr. Graec. T. I. p. 277.). Vocabuli architectonici ἡ ἡγεμών mentionem reperire non potui, nam quae Lobbeckius ad Phrynichum p. 452. de feminina appellatione ἡ ἡγεμών, aliorum spectant. Itaque quid sint eae ἡγεμόνες, ex nostro tantum loco divinando extundi poterit. Iam singulare et primo obtutu mirificum est in verbis tituli, quod αἱ ἡγεμόνες longorum murorum opponuntur πᾶσιν τῇ παρόδῳ urbis, et nihilominus eadem in luto poni iubentur plane ac si tegulae essent. Utrumque cum considero eo adducor, ut arbitrer ἡγεμόνας locum habere, ubi nulla est πᾶροδος, sed seiuncta et distantia inter se propugnacula, et significare tegulas his eo modo superpositas, quo etiam nunc macerias, ad pluviam arcendam, tegulis tegere consuevimus. Exemplum pinnarum eum in modum tegulis opertarum sumere licet a muris, quibus Peloponnesii Plataeas circumvallaverant. Quos cum escenderent Plataenses: κατέβαλέ τις τῶν Πλαταιῶν ἀντιλαμβανόμενος ἀπὸ τῶν ἐπάλλξεων κεραμίδα, Thucyd. III, 22. Quare autem eae κεραμίδες dictae sint ἡγεμόνες, rationem accipe hanc. Ἠγεμόνες apte dici poterant eae tegulae, quae in summis ordinibus tecti ponebantur (Firstziegel), quas ad arcendam pluviam ita inter se iugatas fuisse credibile, ut etiam nunc in ruderibus Graecorum templorum tegulae et imbrices extremi velut ex duobus ordinibus utrinque connexi inveniuntur. V. tab. II. fig. 7. Iam si hae tegulae iugatae ad murum pinnamve tegendam transferebantur, manere poterat nomen τῶν ἡγεμόνων, quanquam uno tantum ordine opus esset.

70. 71. τίθεις ὄλας ἐν πηλῷ ὀρθὰ παρὰ πλευράν. ΕΠΗΛΩΙΟ-ΠΙ. ΠΑ. Pitt. ἐν πηλῷ, εἶτα Franz. ὄλας ad ἡγεμόνας sed etiam ad Λακωνικὸν κέραμον spectat. Feminini generis loco quod deinde ponitur neutrum ὀρθὰ, corrigere non licet. Significatur tegulas omnes directis ordinibus collocari debere, ita ut latera tegularum eiusdem ordinis in eodem plano ad perpendicularum erecto (in derselben Vertical-Ebne) essent. Sed κατὰ κεφαλὴν ὀρθὰ ut essent, praecipere non poterat, cum superficiem tegularum versus coronam cum sima inclinari opus esset. Latitudinem



tegularum eam fuisse puto, ut unaquaeque tegula duorum asserculorum marginibus inniteretur et intervallum eorum expleret, id est pedalem fere. Quae tegularum latitudo, ne mirationem faciat, uno defungar exemplo aediculae Dianae Propylaeae Eleusine consecratae (descriptae in Inedd. Att. antiqu. c. V.), cuius tegulae non lapideae sed coctiles sunt, et singulae latitudine unum modulum cum quadrante exaequant, hinc (cum modulus sit 4' 3, 5") unum pedem et septem uncias cum semisse. Et cf. anno ad v. 73. de Puteolano titulo dicta:  $\eta \tau \omega \sigma \tau \alpha \lambda \eta \rho \alpha \iota \varsigma \mu \epsilon \tau \alpha \lambda \lambda \iota \sigma \tau \alpha \iota \beta \alpha \lambda \lambda \iota \sigma \tau \alpha \iota$

$\kappa \alpha \iota \kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \iota \epsilon \iota \tau \epsilon \theta \epsilon \iota \varsigma \tau \circ \upsilon \varsigma \kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \alpha \varsigma \delta \lambda \circ \upsilon \varsigma \epsilon \mu \alpha \pi \eta \lambda \omega$ . in Dionysius Halicarn. VI, 92.  $\alpha \iota \gamma \upsilon \nu \alpha \iota \kappa \epsilon \varsigma \alpha \pi \delta \tau \omega \nu \sigma \tau \epsilon \gamma \omega \nu \beta \alpha \lambda \lambda \iota \sigma \tau \alpha \iota \tau \circ \upsilon \varsigma \iota \sigma \tau \alpha \lambda \epsilon \mu \iota \circ \upsilon \varsigma \tau \circ \iota \varsigma \kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \alpha \iota$ . Καλυπτηριάζω, imbrico, ex glossario veteri excerptum praebet Casaubon. in annot. ad I. I. Aristoteles Problém. XX, 9. loquitur de cucurbitis,  $\sigma \iota \kappa \nu \alpha \iota \varsigma, \epsilon \iota \varsigma \nu \alpha \rho \theta \eta \kappa \alpha \varsigma \kappa \circ \iota \lambda \circ \upsilon \varsigma \eta \kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \alpha \varsigma \tau \epsilon \theta \epsilon \mu \epsilon \nu \circ \iota \varsigma$ . Facile intelligitur  $\kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \alpha \varsigma$  esse imbrices (*Hohlziegel*), quos antiqui tegularum marginibus extantibus superimponere solebant. Cuius tegularum et imbricum commissurae multa et celebra nunc exempla ex marmoreis Graecorum templorum tectis protracta habemus. Quod autem et  $\kappa \epsilon \rho \alpha \mu \iota \delta \epsilon \varsigma$  et  $\kappa \alpha \lambda \upsilon \pi \tau \eta \rho \epsilon \varsigma \epsilon \nu \pi \eta \lambda \omega$  collocantur, id sic intellige, ut non solum arundines illae asserculis instratae multo luto illinendae essent, in quo tegulae commode poni possent, sed etiam harum commissurae luto ita obtegendae, ut imbrices in luto poni dici possent. Qui luti usus etiam a nostro more non alienus efficit, ut tegulae firmiter inter se contineantur minusque facile ventis vel suo pondere loco moveri possint.

71-72.  $\kappa \alpha \iota \alpha \pi \circ \gamma \epsilon \iota \sigma \omega \sigma \epsilon \iota \epsilon \kappa \tau \circ \upsilon \xi \xi \omega \theta \epsilon \nu \gamma \epsilon \iota \sigma \iota \circ \iota \varsigma \text{ Κορινθίοις}$ . Ut corona absolveretur, non sufficiebat tignorum proiecturam praecidere, quemadmodum  $\gamma \epsilon \iota \sigma \eta \pi \acute{\omicron} \delta \iota \sigma \mu \alpha$  factum erat, et  $\alpha \kappa \rho \circ \gamma \epsilon \iota \delta \iota \circ \nu$  sive simam affigere, sed ut venustiore speciem haberet opus fabrile, tabulae longae contra tignorum praecisiones in fronte et subtus figendae erant, ut perpetua supra omnes pinnae corona pertinere videretur. Hoc arbitror dictum esse  $\alpha \pi \circ \gamma \epsilon \iota \sigma \omega \nu$ , quanquam in exemplis, quae ex Aristotele de gener. anim. V, 2. de part. anim. II, 15. et Xenophonte Memor. Socr. I, 4, 6. producantur, latior eius vocis significatus obtinuit, ita ut coronam facere significet. Sic natura dicitur oculos superciliorum proiectura, et aures margine circumiecto

ἀπογείσασθαι, cf. Pollux II, 4. 49. Corinthiarum coronarum mentio maxime notabilis est, neque disconveniens monumentis Athenarum, in quorum numero Lysicratis choregius *ναΐακος* praeclarum est atque huius murorum refectionis temporis aequale Corinthiae rationis exemplar. Quid autem peculiari fuerit huic generi coronarum, sequentibus docemur.

72. ἀναξῶν τοὺς κριοὺς ἀρότροντας. Insignis locus ad Corinthii architecturae generis historiam describendam. Κριὸς ... μέρος τι τοῦ Κορινθίου κίονος, Hesychius. Quam partem Corinthiae columnae olim (in compendio archaeol. §. 54. Ann. 3.) significaveram nullam aliam esse posse, quam volutas, arietinis cornibus, qualia Iovis Ammonis capiti affingebantur, simillimas, quas in Corinthium capitulum translatas esse constat ab Ionica ratione. Nunc ea volutae figura a capitulis etiam ad coronam translata est, ita ut ea mutulis quibusdam sustineretur, quorum figura duas volutas leni flexu inter se coniungeret. Non dissimulo quidem, neque monumenta extare Romanorum Caesaribus vetustiora hoc genere mutulorum instructa, neque Vitruvium (IV, 1.) Corinthiae rationi propriam coronarum institutionem tribuere, sed ea membra, quae supra columnas imponuntur, aut e Doricis symmetriis, aut Ionicis moribus collocanda esse docere. At Vitruvii praecepta ad aedes sacras ex lapide extractas revocanda esse existimo, atque eiusdem generis omnia sunt Corinthiae rationis aedificia, Romanorum temporibus vetustiora, quae quidem non numerosa habemus. Ipse autem titulus, quem tractamus, vincit, ut in fabрили opere hos mutulos Corinthios multo antiquiores existimemus. Quod enim aliud coronae ornamentum κριὸς dictum esse fingere licet? Ac κριὸς dicta esse tigna longius proiecta demonstrat Philo p. 80., murorum κριὸς instruenda esse tabulata, ubi in ipso muro πάροδος institui nequeat, praecipiens. Et ipse aries, quo in oppugnandis muris utebantur, similem habet formam. Verbum ἀναξείν (ANAΞΩΝ utrumque habet apogr., sed Franzius scripsit ἀνάγων) intelligo de forma volutarum, quae sculpendo ligno ex inferiore τῶν γεισηπόδων facie efficienda esset. V. in tab. adj. II, 2. In titulo Corp. Inscr. Graec. 2297. οἱ ἀρόμοχθοι οἱ ἐν τοῖς τοίχοις καὶ αἱ ἐπὶ αὐτοῖς σαινίδες mutuli sunt cum antepagmentis, quae coronae speciem efficiunt.

72. 73. καὶ τῆς ὀρθῆς παρὰ πλευρὰν καὶ κατὰ κεφαλὴν. Antepagmenta coronae ad perpendicularum et ad libellam ponenda sunt. Nunc cum tectum parodi absolutum esse videatur, de universa eius materiationis ratione pauca addenda habeo. Nihil est in tota operis designatione, quod prodatur duplicem fuisse tecti contignationem (διπλὴν ὀροφὴν quam dicit Appianus Bell. Civ. IV, 44.) et vacuum intercessisse spatium inter laquearia illa, si eo vocabulo hic uti licet, et tecti materiationem. Sed intelligitur, δοκίδας cum ἐπιβλήσιν vel στρωτῆρσιν etiam ἰμάνας cum tegulis et imbricibus sustinuisse. Quod si verum est, tota contignatio non poterat ad libellam dirigi, sed inclinari eam oportebat versus coronam et simam. Neque deest, si vocabulum ἀνορθος v. 60. recte explicuimus, eius inclinationis indicatio, siquidem solis pilis, non muro pinnaculorum opposito, trabes ut imponantur, praecipitur. Quarum trabium altitudo, si ferme pedalis erat, pro latitudine tecti, quae parodi spatio paullo maior erat, itaque non magna fuisse videtur, sufficiens haberi poterat, ut eam, qua opus erat ad pluviam deducendam, declivitatem efficeret. Quaeritur autem, δοκίδες, cum non inniterentur muris sed ultra eos propenderent, quomodo potuerint satis firme contineri, quominus totum tectum prorueret. Verum cum tecti inclinatio a libella non multum differret, non magna ad sustinendum tectum opus erat vi; ac si δοκίδες ita incidebantur, ut angulis quibusdam prominentibus tum trabi superiori tum muro inferiori inhaerent, incolumitati tecti satis provisum esse poterat.

Iuvat hoc loco conferre aliud ex antiquitate simplicis tecti structurae exemplum, titulum Puteolanum, conscriptum anno U. C. DCXLIX. apud Gruterum p. CCVII. et Piranesium Magnificenza de' Romani tb. 37., quo opus in porta quadam extruenda et tegenda faciendum designatur. Ibi postquam, supra limen ostii et antas utrinque adiectas mutulos robustos in utramque partem proiiciendos esse, praeceptum est, sic pergitur: “insuper mutulos trabiculas abiegineas II crassas quoque versus S (i. e. dimidium pedem) inponito ferroque figito, inasserato asseribus abiegineis sectilibus crasseis quoque versus ≡ (quatuor uncias), disponito ni plus S ≡, opercula quoque abieginea inponito ex tigno pedario, facito antepagmenta abieginea lata S ≡ crassa — { (sesquiunciam), cum atiumque inponito ferroque plano

figito, portulamque tegito tegularum ordinibus senies quoqueversus, tegulas primores omnes in antepagmento ferro figito marginemque inposito eisdem. Etiam in hoc monimento multum dubitari potest, qua causa efficiatur tecti declivitas; sed Piranesium recte puto vidisse, mutulos quidem proiectos et trabiculas iis in fronte impositas ad libellam directas fuisse, sed asseres a muro quodam supra limen erecto inclinatos ad illas trabiculas (eadem plane ratione, qua in Tuscanicis atriiis cantherii suspendebantur, cf. *Mazois Ruines de Pompei* T. II, pl. 3). Sic asseres hi cum operculis (καλυμματίοις) lacunaria simul efficiunt, et iidem tegularum ordines sustinent. Quae ratio quatenus ab ea differat, quae in Graeco titulo praecipitur, facile intellectu est, sed conveniunt etiam multa in utroque materiationis genere. Velut quod antepagmenta, quae asserum proiecturae a fronte, inferne et superne praefigenda fuisse intelligitur, ἀπογεισώματι respondent, et cumatium, quod Latino vocabulo sima dicitur, ἀχρογεισίω, nisi quod cumatium non supra totam coronae superficiem extenditur, sed in fronte tantum fixum est, quo fit ut primores tegulae non in cumatio sed in antepagmento figendae sint. Spatium, quod senis tegularum ordinibus quoqueversus obtegendum est, in utramque partem latum est plus quam IV p., longum plus VIII et dimidium p., ita ut unam quamque tegulam unum et dimidium pedem et longam et latam fuisse intelligatur. — Non negaverim tamen, murorum parodos turriumque diodos etiam duplici materiationis strato contegi potuisse. In descriptione Peloponnesi, quam artifices Francogalli nuper in publicum ediderunt (*Expédition de Morée* pl. 39. coll. pl. 40.), proposita est turris murorum Messeniorum sic adumbrata, ut appareat, in summa turre stationem fuisse militum, cum contignatione ad libellam directa tum materiatione devexa tectam. Atque etiam in hoc tecto propugnatores collocatos esse intelligitur inde quod exterior murus non solum sub contignatione, sed etiam supra tectum fenestram habet, unde hostes prospici et impugnari poterant.

73. 74. Καὶ ποιήσας κανθήλιον ἐκλοβώσει πηλῶ ἠχυρωμένῳ [διάζωμα 19] ὑπὸς τεττάρων στοίχων. Locus obscurior, quem me recte restituisse spondere non audeo. Κανθήλιος primum est asinus clitellarius. Huius altum et arduum dorsum cum variis rebus natura arteve

factis comparabatur, quarum maximam partem occupavit Schneiderus in Lex. Apollonius ὁ μαλακὸς Alabanda comparavit cum asello clitellario scorpiis onusto (κατεστρωμένῳ, non κατεστραμμένῳ). In navi, Photius scribit p. 130, 8. κανθηλίους dictos esse τὰ ἐπὶ τῇ πρύμνῃ σκηνώματα τῶν στρατηγῶν. Quamobrem, intelligitur ex iis, quae Hesychius: Κανθήλια τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς νεῆς ἐπικαμπῆ ξύλα τιθέμενα πρὸς σκηνοποιῖαν. Sic materiatio tecti in duas partes devexa (*Satteldach*) dici poterat κανθήλιος, quo factum esse puto, ut Romani cantherios appellarent ligna a summo tecto in contrarias partes declinata, quae Graeci antiqui ἀμείβοντας (Homer. II. XXIII, 711.), posteriores συστάτας (v. Schol. Ven. οἱ συστάται οἱ τὸ σχῆμα τοῦ Λ στοιχείου ἀποτελοῦσιν) et χυδαίως προσφιλοῦντας (Eustath. p. 1327, 1. ed. Rom.) appellaverunt. Hoc autem in titulo quae murorum et parodi pars κανθήλιος dici potuerit, plane me fugit. Itaque eo adducor, ut opiner κανθήλιον dici machinam quandam, qua ante muros suspensa altiores eorum partes commode refici poterant, ita ut opus non esset tabulato a solo usque ad altitudinem pinnarum perducto. Subvenit huic explicationi, quod etiam corbes maiores, in quibus unāe calcabantur, dicuntur κανθήλιοι in Geopon. VI, 11. Ex literis ..ΔΟΡΩ.ΕΙ feci ἐκλοβῶσει, putans ἐκλοβῶσαι fuisse luto aceroso et spisso membrum aliquod architecturae, velut zophorum paululum extantem, exprimere. Apud Pitt. est ..ΔΩΡΟ.ΕΙ, et Franzius scripsit ἐπαλείψει. Διάζωμα ut supplendo ponerem movit me, quod deesse videbatur mentio huius ornamenti sub corona parodi; ac poterat diazomatis species effici luto ingesto ac postea dealbato. [ΥΤΡΕΧΕΣ utrumque habet apographum, quapropter Franzii εὐπρεπὲς admitti nequit. Ac nescio quid restet nisi ἰθυτρεχὲς vel εὐθυτρεχὲς, quanquam haec vocabula adhuc ignota fuerunt. Altitudinem τεττάρων στοίχων supra (ad v. 55) statuimus unius pedis esse, neque maior pro diazomate parodi requiri videtur.

74. 75. καὶ τὰ ἔξω χρειαζόμενα τοῦ τείχους ἀνα[σκευάσει πλινθ]οῖς καὶ ἡμιπλινθίοις. De v. χρειαζόμενα (ΧΡΕΙΑΖΩΜΕΝΑ Pitt.) v. dicta p. 32 ann. 20. Semilateres memorat etiam Vitruvius II, 3.

75. καὶ ὅσα κατέβρωγεν τοῦ τείχους, ἐνδήσει θράνο[is ξυλίνοis]? Κατέβρωγεν supplendas esse litteras tituli ΚΑΤΕΡ.ΩΓΕΝ (ΚΑΤΕΡΩΓΕΝ Pitt.) vidit Franzius. ΕΝΔΗΣΕΓΟΡΑΝΟ Ross. ΕΝΔΗ-

ΣΕΓΟΡΑΝΟ Pitt. ἐνδήσει Θράνοις Franz. scribendum esse vidit. Verbi ἐνδήσαι mentio facta est ad v. 50, et de Θράνοις dictum ad v. 51. Intelligo tigna quaedam interiori murorum structurae imposita ad vinciendos labantes laterum ordines. Vitruvius I, 5. praecipit, ut muri *in crassitudine perpetuae taleae oleagineae ustulatae quam creberrimae instruantur, uti utraeque muri frontes inter se, quemadmodum fibulis, his taleis colligatae aeternam habeant firmitatem.* De eadem re, ni fallor, Philo p. 80. Ἐμβλητέον ἐστὶν εἰς τὰ τεῖχη καὶ τοὺς πύργους ξύλα δρύινα διὰ τέλους συνεχῆ διὰ τεττάρων πηχῶν κ. τ. λ. Cf. tab. II, c.

75. 76. Ποιήσ]ει δὲ καὶ θυρίδας τοῦ ἄστεως τῷ κύκλῳ καταράκτους κατ' ἑπαλξίν.... Primum vocabulum supplevit Franzius, qui postea, ubi utrumque apographum ΚΑ. ΑΡΑ .. ΟΥΣ habet, καὶ Φραγμοὺς reposuit. Mihi καταράκτους certum esse videtur. De καταράκτοις θυρίαις maximam partem iam providit Schneideri doctrina s. v. καταράκτης. Apud Herodotum V, 16, de incolis paludis Prasiados, legitur: κρατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων καλύβης τε ἐν ἧ διαιτᾶται καὶ θυρῆς καταπακτῆς διὰ τῶν ἰκρίων κάτω Φερούσης ἐς τὴν λίμνην, et quae sequi, ubi Reiskium verum vidisse puto, qui καταράκτης posuerit. Satis perspicue loquitur Plutarchus Arat. 26. εἰς οἴκημα κατεδύετο μικρὸν ὑπερῶν θυρᾶ καταρράκτῆ κλειόμενον. ἧς ὑπεράνω τὴν κλίνην ἐπιτιθεῖς etc. Apertum est, cataractam esse quod nos dicimus: *Fallthüre.* Alibi maioribus portis attribuuntur καταράκται, ut a Vegetio de re mil. IV, 4. *Sed amplius prodest quod invenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quae annulis ferreis ac funibus pendet, ut si hostes intraverint, demissa eadem extinguantur inclusi.* Hausit ea Vegetius ex Aeneae Poliorcetico, qui optimus auctor idem cataractarum genus Graecis verbis sic describit (c. 39.): χρῆ ἡτοιμάσθαι ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ μεσοπύλου πύλην ξύλων (ita recte Casaubonus pro vg. πύλων) ὡς παχυτάτων καὶ σεσιδηρῶσθαι αὐτὴν κ. τ. λ. Hoc cataractae genere utuntur Salapitani in bello Hanniballico. V. Liv. XXVII, 28. qui haec Graeca expressit Polybii, servata a Suida s. v. ἡμμένοι· Καταρράκτας, οὓς εἶχον ὀλίγον ἐξωτέρω διὰ μηχανμάτων ἀνημμένους, αἰφνίδιον καθῆκαν. Τὰς πύλας ἐκ μηχανήματος

ἀνασπάσαι καὶ ἐπικαθεῖναι dicit Appianus de b. Hann. 51, ubi eandem rem enarrat. Similem Xanthiorum sive astum sive casum narrat Appianus de b. civil. IV, 78. Sed ab hoc artificio portarum repente aperientiarum et claudendarum differt hoc genus cataractarum, quod in summo muro pinnis adiacere titulus noster docet. His videntur antiqui uti esse, ut fenestrae illae pinnis interiectae, si hostis scalis ad eas escenderit, confestim claudi possent. Verumtamen cum harum cataractarum forma nullo alio auctore cognita sit, atque tituli hac parte haud paucae literae desint: non ausim equidem harum θυρίδων καταράκτων fabricam accuratius definire.

77. ...ἐπαλξίου στροφέα προσβαλὼν καὶ συγγομφώσας ὑποτρυπήσει. Στροφεὺς est lignum, cui superne et inferne cardines immittuntur, in quo στρέφεται ἡ θύρα. Quod cum satis notum sit, laudo tantum locum Aristoph. Δαναῖσι apud Suidam s. v. αὔλειος: Πρὸς τὴν στροφέα τῆς αὐλείας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν (sic Meineke, vg. ἐχίνου), ad quem explicandum facit observatio moris antiquorum, qui cardines liminibus, superiori et inferiori, immittere solebant. Hic adiicitur, ut videtur, marginibus propugnaculorum, et subscudibus ferreis firmatur et ad recipiendos cardines ab inferiore parte perforatur. ΠΙΕΣ, quod est in utroque anti-grapho, esse ἦ ἐς statuerat Franz.

78. ἀντιζυγώσει δυεῖν ἀντιζύγοιν supplevi comparato v. seq. Puto confectionem forium describi, quarum scapi cardinales quibus iunguntur lignis transversis, ea sunt ἀντίζυγα. Vitruvius IV, 6. dicit impages. AN-TIN. ΩΣΕΙ Pitt. V. 80. 81. Verba inde a ὑψος ποδιαίας usque ad παρατὴν ἐπαλξιν (v. 81.) omisit Pittacius.

81. περιαλείψει. Ἀλείφειν oblinere, linire de tectorio. V. v. 85.

82. καὶ τοὺς πύργους καὶ τὴν πάροδον ῥαχώσας. ΠΡΟΧΩΣΑΣ Pittacius, sed recte sine dubio Ρ.ΧΩΣΑΣ, quod quid esse possit nisi ῥαχώσας, non video. Inter varias v. ῥαχὸς significationes aptissima videtur ea, qua fascies cratesve ex virgultis factas designet. V. Herod. VII, 142. ἡ γὰρ ἀκρόπολις τοπάλαι τῶν Ἀθηνέων ῥηχῶ ἐπέφρακτο. Ex Hesychio et Photio atque Suida intelligitur, eos maxime φακελοὺς (quos nos dicimus Faschinen) hoc vocabulo dictos esse, qui ex asperis et hispidis virgultis facti essent. Tales fasciculi fortasse ruderationi subiecti sunt,

ut calx superinducta arceatur a contignatione supposita: quem in usum alias palea substerni solebat. *Coaxationibus factis si erit silex, si νόη, palea substernatur, uti materies ab calcis vitii defendatur.* Vitruv. VII, 1. Vel eo consilio id fieri poterat, ne, si contignatio subiecta aresceret et panderetur, ruderatio disrumpi posset, quemadmodum parietibus cratitiis cannae affigebantur, ne in tectorio inducto rimae fierent. Mallem tamen, quod non diffiteor, ῥαχῶσαι intelligi posse de ruderatione vel statuminatione: sed nullam video rationem, qua id effici possit, nisi quod ῥαχοὶ etiam χοιράδες explicantur.

ὄστρακῶσας. Intelligo ὄστρακοκονίαν, pavementum testaceum. *Ostracus est pavementum testaceum eo quod fractis testis calce admixto feriat. Testam enim Graeci ὄστρακα dicunt.* Isidorus Origg. XV, 8, 11 Cf. Geopon. II, 27. Ex Vitruvii praecepto, VII, 1., supra rudus ex testa nucleus inducitur, mixtionem habens ad tres partes unam calcis. Haec igitur calcis et testae mixtio v. ὄστρακῶσαι significatur. De Tiburtino testaceo spicato noli cogitare. Notabile autem est, quod etiam hac in re titulus noster luti usum commendat, quod testaceo pavimento substratum esse videtur. Tb. II, α.

83. 84. πηλῶ ἠχυρωμένῳ πάχος διδακτύλῳ, γῆς δὲ ὠπτημένης, ἣν ἂν δοκιμάσῃ .... ἐπὶ τῇ διοικήσει. ΓΗΣΔΕΩΠΤΗΜΕΝΗΣ effeci ex ΓΗΣΔΙΠΤΗΜΕΝΗΣ. ΔΙΠΤΗΜΕΝΗΣ notavit Pitt., atque διητημένης posuit Franz. et vertit cribrata, sed hoc esset διηθημένης. Γῆ ὠπτημένη ipsa significat ὄστρακα, quemadmodum figulorum opera alias ὀπτά dicuntur. ΔΟΚΙΜΑΣΗΕΙΝΑΙ plenius habet Pitt., ἐπιτηδείαν supplet Franz., sed non explet lacunam.

Τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει non solum testam hanc probasse, sed etiam ministrasse architecto, videtur intelligi ex v. 99 κέραμον ὅσον παρέλαβον.

84. προσέχων τῇ προτέρᾳ καὶ ἀποργάζων. Dicitur de reficienda ruderatione olim iam facta. Προσέχειν τῇ προτέρᾳ, intelligo ὄστρακῶσαι vel ὄστρακοκονία, videtur esse, pristini pavimenti crassitudinem et formam observare et novo rudere exaequare. ΛΠΟΡΓΑΞΩΝ Ross. recte, ΑΠΕΡΓΑΖΩΝ Pitt. et Franz. Ὀργάζειν idem est, quod Vitruvius dicit, nucleum virgis caedendo subigere, VII, 1. Cf. ὀργάζειν πηλὸν in Bekkeri



Anecd. Gr. T. I. p. 58. Et ἀποργάζειν ad veteris nuclei eas partes referendum esse videtur, quae denuo subigendae sunt. Post h. v. OTIAN-ΔΟΚΗΙ addit Pitt., quod verumne sit necne nescio.

85. τὴν ἀλοιφὴν ἀποσκάψει, ὅσα δ' (vel ἂν) ἀφεστηκότα ἢ τοῦ ἀλοιμοῦ. Sic verba quae restabant supplevi. ΑΛ..ΦΗΝ Ross. ΑΛΛΦΗΝ Pitt. Idem ΑΦΕΣΤΗΚΕΤΕΗΤΟΥΛΟΙΜΟΥΣ, quam ob rem Franz. de λοιμῶ dici putavit. Et ἀλοιφὴ et ἀλοιμὸς tectorium significant. Ἀλοιμὸν eo sensu a Sophocle dictum esse, observatur in Etymol. M. p. 69, 41., eandemque vocem saepius excitat Eustathius. V. maxime Comment. Iliad. IX, 463. p. 764, 15. δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὸ τοίχους χρεῖν ἀλείφειν λέγεται καὶ ἀλοιφῆ. διὸ ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς (cf. Bekkeri Anecd. p. 385, 9.) φέρεται ὅτι ἀλοιμὸς τὸ αὐτὸ καὶ ἀλοιφὴ τὸ τῶν ἐν οἴκοις τοίχων χρίσμα. Ceterum ἀλείψαι vocabulum est latioris significationis quam κονιάσαι, poterat enim ἀλείφειν τὸ τοίχος κονία ἢ ἑτέρα ὕλη (Eustath. p. 975, 46): sed plerumque videtur tenuius et minus solidum linimentum significare quam κονίασις. Hinc factum, ut muris hisce ἀλοιφὴ non ubique firma inhaereret, quibus locis praecipitur ut abraderetur et denuo induceretur.

85. 86. τὸν περιδρομον καὶ τὴν ἐπαλξιν καὶ τὸ θωρακεῖον καὶ τὸ χειρῶν. — Θωράκιον οἷον δρυφάκτος προβεβλημένος οἰκίας .... πῆγμα ἐκ σανίδων συνεχῶν καὶ συμπεπηγμένων. Anecd. Bekkeri p. 43. Θωρακέοις· προμαχῶσιν ἢ δρυφάκτοις. λουρικόις. Photius p. 99, 7. Ultima vox spectat ad loricas Romanorum, quas ex cratibus textas et vel pinnis interpositas vel perpetuo ordine in turribus murisque vel pone fossas pro vallo collocatas esse, Caesare aliisque auctoribus constat. Cf. Lipsius Poliorcet. III, 5. p. 327. Θωρακεῖον igitur pluteus est sive ex tabulis sive ex cratibus compactus. Itaque dicuntur etiam θωρακεῖα plutei variarum machinarum (V. Athenaeus de mach. p. 6. et Anon. p. 326. Mathematt. vett.); θωρακεῖον arcae pluteus, (Hero p. 258.); eiusdemque generis est θωρακεῖον sepulcrorum, de quo saepe dicitur in titulis. Simillimum autem loricis muralibus θωράκια, quae etiam καρχήσια dicuntur, in summis navium malis. Ad id vero genus, de quo dicimus, pertinent, quae de turri Hierosolymorum narrat Iosephus de bello Iud. V, 4, 3. ἐπάνω αὐτοῦ περιήγει στοὰ δεκαπήχης τὸ ὕψος θωρακίους τε καὶ προβόλους σκεπομένη. Accu-

rate, ut solet, Aeschylus Sept. v. 30 sqq.: Ἄλλ' ἔς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων ὀρμάσθαι πάντες ... πληροῦτε θωρακεῖα καπὶ σέλμασι πύργων σταθῆτε καὶ πυλῶν ἐπ' ἐξόδους. Ab hoc significato diligenter distinguendus est alius, quo Herodotus I, 181. exteriorum murum θώρηκα dicit, et Dio Cassius LXXIV, 10. in diligenti murorum Byzantii descriptione: Ὁ τε γὰρ θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι συνωκοδόμητο ... καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ καὶ χώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ὠχύρωτο ὥστε καὶ ἐν τεῖχος παχὺ τὸ πᾶν εἶναι δοκεῖν καὶ ἐπάνωθεν αὐτοῦ περιδρομον (observa vocabuli latiore significatum) καὶ στεγανὸν καὶ εὐφυλακτὸν ὑπάρχειν. Neque dissimiliter Vitruvius loricae vocabulo utitur.

ΓΕΙΣΟΝΚΑΙ Pitt. unde καὶ addidi. In sequentibus, quo pauciora intelligi possunt, eo diligentius notavi Pittaciani apogr. varietatem, si qui forte fructus inde redundare possit.

87. ΕΠΕ.ΕΡΓΑΣΕΤΑΙ plenius Pitt., quod ἐπέξεργάσεται esse vidit Franzius. Secuntur literae ΛΕ...ΕΛΑΤΤΟΝ.ΔΗΙ, quae ne suppleas δὲ μὴ ἔλαττον, prohibet apogr. Ross.

καὶ ἀνατρίψας ἀποσ[κάψει? Cf. v. 85. Videntur etiam haec de tectorio dicta esse.

88. ΕΠΙΣΚΕΥΑΣΑΣ plene habet Pitt.

89. Omnem versum sicut posuimus, habet Pitt. Cf. ann. ad v. 49.

90. .ΚΑΙ...ΤΕ.ΚΑΙΜΙΜ...ΣΑΙ...ΔΙΠΤΕΡΩΣΕΚΑΣΤΟ ΑΡΜΑ Pitt., ex quibus vix quidquam lucreris, nam διπτέρως inesse nequit.

91. ΩΤΟΥ..ΠΑΡΑ Pitt.

92. ΤΡΙΗΜΠΟΔΙΑΦΥΛΑΣΣΟΝΠΛΑΤΟΣΩ.ΗΛΡΟΙΟΣ ΑΓΟΚΑΙΝΕΙΠ... Pitt. τριημιπόδια φύλασσον πλάτος ... ὄρθιος? ἀποκλίνει π ... Franz. Sed nihil certum nisi primum vocabulum.

93. ΓΕΙΣΗΣ.ΣΑΙΑΡΡΟΝ...ΠΟΡΟΣ..Ν.Τ.Ν.ΟΥΝΟΥΑΝΓ... Pitt. Sed apographi Rossiani literae satis probabiliter sic suppleri possunt: ὑποφορήσειε τὸν χοῦν οὗ ἂν γίγνηται, quae de rudere in aedificando congesto et postea auferendo intellexi.

94. .ΟΥΣ..ΩΤΑΣΠΑΡΟΔΟΥΣ.Ν.ΕΚΑΤΕΡΑ ΠΑΡΑ Κ.... Α. Pitt. Τὰς παρόδους puto ab hoc loco alienas esse.

95. .ΩΣΠ...ΠΑΡΑΛΑΒΩΝ. et in fine ΠΟ Pitt.

96. ΜΩΙΕΚΑΣΤΩΙ ΚΑΙ... Ο..ΤΟ..ΛΟΝΥΠΟ.ΘΑΝΣΟΩ-  
ΣΗΓ Pitt.

97. Υ...ΠΡΟΣΠΑΝΤΑΟΣΑ...Α. ΤΟΝ ΧΑΡΑΚΑΤΟΤΟΝ  
ΠΕ Pitt. τὸν χάρακα τοῦτον Franz., sed ΤΟΤΟΝ in titulo huius temporis  
non ferendum est.

98. Ε.Ω.ΠΩΝ...ΤΥΧΗ..Α..ΙΔΟΞΕΙΓΑΣ..ΝΟΙΟ.. Pitt.

99. ΩΝΝΟ.ΣΕ.....ΚΕΡΑΜΟΙΣ ΟΣΟΝ ΠΑΡΑΒΟΙ... Pitt. De  
κεράμω, ὃν παρέλαβον, cf. ann. ad v. 83.

100. ΟΔΟΝ et in fine (pro ΔΕΙ) ΔΗΜΟΥ Pitt.

101. ΔΕ ΑΥΤΟΝ et pro ΑΟΙΔΕΙ — ΛΟΥΔΕ Pitt.

102. ΡΟΣ.....ΤΩ ΗΡΑΚΑΤ...ΙΤΕ.... Pitt.

Ι Ι

103. ΙΣΑΗΧ.....ΕΣ....ΡΙΑΡ Pitt.

104. ΑΥΤΟΝ..Α..ΕΣ..ΚΑ.....ΕΡΕΙΑ... Pitt.

105. ΗΝΚΑΙ..ΟΥ..Σ..ΣΤ...ΤΩΙ ΔΕΥΤΕΡΟΝ Pitt.

106. ΚΑΝ.ΟΥ.ΕΝΑΙ..Σ...Τ..ΕΡΙΕΤΕΙΤΟ... Pitt.

107. ΙΤΡΗΙΚΟΝΩΝ...Ε.....ΕΤΕΠΑΡΕΞΕΙΡΟ Pitt.

108. ΤΑΣ ΣΥΜΠΡΞΕΙΣ..ΣΑΙΕΙΝΑΙ ΑΝΔΕΤΙΝ.. Pitt.

109. ΤΩΝΕΡΓΑΤΩΝΑΝΕΥΤΡΙΣΚΕΙΝΕΠΙΤΟΝΕΝΙΑΤΤ... Pitt.

110. ΑΣΙΝΕΡΙΕΙΤΑΙΓΥΡΟΝΣ.ΠΡΟΣΤΑΕΞΩ Pitt. μεριεῖται  
ad decem partes universi operis spectat.

111. ΟΙΣΑΠΑΝΤΑΟΣΡΙΑΙ.ΕΩΝΙ..ΕΙΣΤΟΕΡΓΩΠΑΝ... Pitt.  
Ultimum vocabulum παρέξουσιν vel alia eiusdem verbi forma fuit.

112. ΠΟΛΕΜΟΝΚΙΝΗΘΕΙΕΓΓΥΗΤΑΙ ΔΕ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝ  
... Pitt. Videtur conductoribus damnum rependendum et compensandum  
fuisse, εἴαν τι in murorum statu κατὰ πόλεμον κινήθῃ. Contra illi, quo  
tenerentur opus inceptum absolvere, iubentur, ut videtur, ἐγγυητὰς κα-  
ταστήσαι. Cf. Demosth. adv. Timocr. p. 713. Περὶ δὲ τῶν ὠνούμενων  
τὰ τέλη καὶ τῶν ἐγγυωμένων καὶ ἐκλεγόντων, καὶ τῶν τὰ μισθώσιμα  
μισθουμένων καὶ τῶν ἐγγυωμένων τὰς πράξεις εἶναι τῇ πόλει κατὰ  
τοὺς νόμους τοὺς κειμένους. Hoc pertinet etiam ad redemptores operum  
faciendorum. In titulo, quo Delium Apollinis templum reficiendum loca-  
tur, Corp. Inscr. Graec. 2266, legitur v. 5. ἐπιστάται τὸν ἐργώνην καὶ

τοὺς ἐγγυητάς. Etiam apud Romanos redemptores praedes dabant et praedia subsignabant.

113. . . . ΤΟΝ ΕΝΙΑΤΤΟΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΟΣΤΑΥΤΩΙ ΠΑΡΑΔΩ-  
ΣΕΙ Pitt. In quibus παραδώσει genuinum esse existimo, cum παραδῶναι proprium sit vocabulum de conductore, qui opus absolutum domino tradit. V. Corp. Inscr. Graec. 102.

114. — ΙΝΩΓΕΙΣΗΠΟΛΙΤΙΑΓΙ ΤΟΙΚΟΔΟΜΗΣΕΙΣ.

115. — ΠΛΑΤΟΣΠΕΝΘΗ . . . ΙΠΟΔΙ . . . Υ . . . ΙΜΑΕΙΠΟΠΟΔ . . .

116. — ΕΣΤΑΙΔΕΚΑΙ . . . ΡΑΕΝΑΣΤΕΙΕΙΑΣΤΟΙ . . . De λεία ἐργασία, quam inesse opinatus sum his verbis, v. dicta in libello de Minerva Poliade p. 53.

Pauca adiicio de dispositione extremae in hac operum lege partis. Apparet post caput illud de parodi tecto dictum esse de cataractis, de ruderatione turrium et parodi, de tectorio murorum, denique post alia quaedam opera, quae definire non possumus, de egerendo rudere, de fossa et vallo quodam exteriori. Quae autem a v. 98 ferme usque ad v. 113. vestigia locutionum deprehenduntur, omnia non spectant ad singula opera facienda, sed ad leges universi operis, ad tempora operis perficienda, ad ea quae a civitate praebenda erant, casus belli, fideiussores, traditionem denique operis absoluti. Quod cum apertum sit, mirationem facit, quod his tribus versibus, qui in lege locationis ultimi sunt, de singulis operibus faciendis dicitur. Qua difficultate me expedire nequeo nisi ita ut statuam, hoc additamento ea, quae architecti, si forte supererogatione quadam singularem civium laudem mereri studerent, muris ad maiorem firmitatem vel meliorem speciem addere possint, significari. Quae qualia fuerint, nunc non satis explicari potest, nisi quod γεισηπόδισμα, de quo dicitur, λίθινον eoque multo praestantius est, quam ligneum illud, quod supra designabatur.

117. Pitt. eandem formam habet, nisi quod (ex conj. puto) ΤΑΜΕΡΗ ΤΟ versus finem additur, et sequens v. ΥΤΕΙΧΟΥΣ incipit. Expectaveris ἐνείμαντο. Nam sensus hic est: Hac ratione architecti sive conductores opus faciendum diviserunt. Haec cum in fine addidisset scriba legis locationis: alius postea, cum recensensus partium distributarum incidéretur, tanquam ab integro orsus est: Κατὰ τὰδε μεμίσθωται τὰ ἔργα.

III. Recensus partium singulis conductoribus locatarum.

119. ΤΑΕΡΓΑΣΜΕΝΑ Pitt., quod si propter formam verbi admitti posset, repudiaretur tamen propter sententiam. Nam horum operum nihil dum factum est.

120. Τοῦ βορείου τείχους πρώτη μερίς. Haec nego sic interpretanda esse, ut septentrionali et australi muro denae partes tribuantur, sed ita ut universum opus in decem portiones distributum habeatur. Quod significatur v. 7. et commendatur more Atheniensium supra diss. I. §. 13. observato. Nunc puto in recensendis his portionibus eum ordinem servatum esse, ut urbs cum munimentis adiectis, initio facto a septentrione, versus occidentem, meridiem, orientem circuiretur. Neque a vero longe aberrare possum, si hanc statuo decem portionum fuisse seriem. Borealis muri prima portio a diateichismate ad ... portam. Secunda, a ... porta usque ad Piraeum. Piraei tertia portio a boreali muro usque ad ... Quarta, usque ad australem murum. Australis muri quinta portio a diateichismate Piraei ad Cephisum usque. Sexta a Cephiso usque ad diateichisma urbis. Urbis murorum septima ..... octava ..... nona ..... decima. Quod urbis murorum sic quatuor fiunt partes (nisi forte illud munimentum, quod v. 37. indicabatur, decimanı efficiebat); hinc velim explices, quod his maior tum cura impendebatur, quam ceteris. Nullos enim muros nisi τὸν τοῦ ἄστεως κύκλον parodum habuisse tectam, supra, ad v. 52, ostendimus. Quatuor priores portiones una continebantur serie, altera videtur sex reliquas comprehendisse, nam tertiae in neutro apographo vestigium indicatur.

S. I. v. 121. 122. ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος μέχρι τῶν ....ν πυλῶν. Διατείχισμα idem est, quod supra v. 52. memorabatur. Porta haec in medio muro boreali incognita est.

122. καὶ τὰς διόδους. Accusativus ἀνακολούθως positus nescio quam habeat excusationem nisi negligentiae. Δίοδοι erant (v. ann. ad v. 49.) itinera, quibus turres perviae erant, et fortasse eae, quae hic prima portione comprehenduntur, erant in turribus quibus borealis murus cum ambitu urbis coniunctus erat.

123. ΗΗΗΗ. Deest talentorum numerus, restant tantum CCCC drachmae.

124 et 125. Cum *ης v.* superiori et *ης χίωνος* (nam haec in unum nomen coniungi nequeunt, et Chionis nomen apud Athenienses satis notum est) duos homines hic appellatos esse indicent: alterum puto conductorem alterum fideiussorem fuisse. ΚΟΡΥΔΑΛΕΥΣ Pitt. minus recte.

S. II. v. 120. 121. ἀπὸ τοῦ διατειχίσματος [τοῦ Πειραιέως]. Haec addidi tum propter locum vacuum, tum quod ordo distributionis postulare videtur, ut prior australis muri portio a Piraeo incipiat. Etiam Piraei munimentum murum habebat interiectum inter longos muros, qui διατειχισμα dici poterat. τοῦ ἐν Φαληροῖ voluerat Franzius.

122. μέχρι τοῦ Κηφισοῦ. Hic fluvius longos muros intersecat, et ita quidem ut in duas aequales fere partes dividantur, cuius rei testem habeo V. Cl. *Leakium* etiam per literas a me de eo titulo consultum. Posthaec quod nulla sequitur neque pecuniae conducticiae neque conductoris mentio, inde colligo, quintam cum sexta portione eidem homini locatam esse.

123. Ἑκτη μερὶς ἀπὸ τοῦ Κηφισοῦ. Est pars τοῦ νοτίου τείχους, sed huius nomen non additur nisi in ea portione, quae prima sub id nomen cecidit.

INDEX VOCABULORUM AD ARCHITECTURAM ANTIQUAM PERTINENTIUM, QUAE HIS DISSERTATIONIBUS EXPLICANTUR.

- Ἀκρογείσιον p. 58. διπυλον 50.  
 ἀλείψαι 70. δοαίς 57.  
 ἀλοιμός, ἀλοιφή 70.  
 ἀμαξιαίος, λίθος 48. Ἐκλοβῶσαι 66.  
 ἀμείβοντες 66. Ἐλευσίσιον 2.  
 ἀναξέσαι 63. ἔνδεσμος 49.  
 ἄνορθος 56. ἐξυπαγαγεῖν 47.  
 antepagmenta 65. ἐπαλξις, ἐπάλξιον 52.  
 ἀντηρίδες 49. ἐπιβλής 57.  
 ἀντίζυγον 68. Ἡγεμών 61.  
 ἀπογειῶσαι 62. Ἡετιώνεια 10.  
 ἀπορράσαι 69. Θεμέλια 45.  
 ἄρμος 46. θράνος 49.  
 ἀρχιτέκτονες 39. θύραι κατάρακτοι 67.  
 ἀχύρωσις 47. θωράκιον, θωρακεῖον 70.  
 Βόρειον καὶ νότιον τεῖχος 24. 74. θώραξ muri 71.  
 Γεισῆπους 49. Ἴερῶν ἐπισκευασταί 40.  
 γείσον Κορίνθιον 63. ἰδυτρεχῆς ? 66.  
 γῆ ὠπτημένη 69. ἰμάντες 58.  
 γωνιασμός 17.  
 Διὰ μέσον τεῖχος 21. Κάλαμος λελαμιμένος 59.  
 διατείχιμα 50. 74. 75. καλυπτῆρες 62.  
 διάτοιχος 53. κανθήλιος 65.  
 διατόναια 53. cantherius 66.  
 δίοδος 49. 74. κατὰ κεφαλὴν 46.  
 διπλῆ ὄροφή 64. καταράκτης, καταράκτη (non a v. ῥήσσω,  
 δίπλινθος 52. 54. sed a ῥάσσω, ἀράσσω) 67.

καταφορά 58.  
 κέραμος Λακωνικός 60.  
 κονιάσαι 70.  
 κριοί 63.  
 κύβοι 54.  
 κύκλος 50.  
 cunatium 65.  
 Κυνόσαργες 15.  
  
 Λιθολόγημα 45.  
 λιθολόγοι 44.  
 λοβός 60.  
 λοβῶσαι 60.  
 lutum aceratum 47.  
  
 Μεταπύργιον 48.  
 μέτωπον 46. 58.  
 Μητρῶον 42.  
 Μουνυγία 6.  
 τὸ Μουνυγίασι θεάτρον 6. 7.  
  
 Ξοῖς 46.  
  
 Opercula 65.  
 ὄστρακοκονία 69.

ὄστρακῶσαι 69.  
  
 Παρὰ πλευράν 46.  
 πάροδος 48.  
 Πελασγικόν 2.  
 περιδρομος 51.  
 περιεγκεντρίσαι 57.  
 πηλὸς ἠχρωμένος 47.  
 πλίνθοι ὠμαὶ καὶ ὀπταί 14.  
 πλίνθων modulus 52.  
 πτωματίσαι 48.  
  
 Ραχός 68.  
 ῥαχῶσαι 69.  
  
 Σκέλη 18.  
 στοίχος 53.  
 στόχος 54.  
 στροφεύς 68.  
 στρωτήρ 54.  
 ουσάται 66. 2  
 σφηκίσκος 59.  
 σφήν 47.  
  
 Ὑπερτόναια 53.



## RECENSUS TABULARUM.

*Tab. I.* Tituli forma, quae a V. D. *Ross* ad auctorem commentationis transmissa est.

*Tab. II.*

*fig. 1.* Sectio murorum urbis cum parodo facta ad perpendicularum, secundum lineam A-B, *fig. 2. 3.*

*fig. 2.* Orthographia eorundem.

*fig. 3.* Sectio eorundem facta ad libellam secundum lineam C-D, *fig. 1.*

*fig. 4.* Sectio parodi ita facta, ut contignatio quasi ab inferiori loco spectetur (*Unteransicht*), secundum lineam E-F, *fig. 1. 5.*

*fig. 5.* Sectio eiusdem contignationis facta ad perpendicularum, secundum lineam A-B, *fig. 2. 3. et 4.*

Minor modulus *figg. 1. 2. 3.* et maior *figg. 4. 5.* in tabula indicati sunt.

*fig. 6.* Sima sive ἀρογείσιον, sumpta ab aede Nemeseos Braurone, ex opere *Unedited antiquities of Attica chap. VI. pl. 7.*

*fig. 7.* Tegulae atque iunbrices in summo tecto, κέραμοι καὶ καλυπτῆρες ἡγυρόμενες, sumptae ab eadem aede. *Unedited antiquities of Attica chap. VI. pl. 12.*

## Literarum explicatio.

a-a. Λιθολόγημα sive crepido ex caementis.

b-b. Λίθοι ἀμαξιαῖοι supra crepidinem.

c. Taleae oleagineae, quibus utraeque muri frontes colligabantur, fortasse ἔνδεσμοι dictae.

d. Γεῖσα, corona muri.

e. Περίδρομος, exterior circuitus.

f. Πάροδος, iter in muris.

g. Ἐπάλεξιον, inferior pinnarum murus.

- h. Ἐπάλξεως superiores partes, pinnae.  
 i. Θυρίδες δίπλινθοι fenestrae binos lateres latae.  
 k. Ὑπερόνια ξύλινα, ligna supra lumen fenestrarum suspensa et per murum pertingentia.  
 l. Κύβοι, cubi, hypertomaeis subiecti.  
 m. Στοιχοί πλίνθων ἐπιπλινθοβολούμενοι, coria laterum superinstructa.  
 n. Στόχοι δίπλινθοι s. pilae binorum laterum crassitudine extractae.  
 o. Στρωτήρες s. asseres pilis interpositi.  
 p. Δοκοί s. trabes pilis impositae.  
 q. Δοκίδες s. tigna tecti.  
 r. Στρωτήρες s. asseres tignis impositi.  
 f. Γεισηπόδιαμα s. proiectura tignorum cui corona affigitur.  
 t. Ἀκρογείσιον s. sima.  
 u. Ἰμάντες s. asserculi clavis affixi.  
 v. Κάλαμος λελαμμένος, arundines tunsae superstratae asserculis.  
 w. Πηλὸς ἠχυρωμένος, lutum acerosum inductum asserculis et arundinibus.  
 x. Κέραμοι s. tegulae.  
 y. Καλυπτῆρες s. imbrices.  
 z. Γεῖσα Κορίνθια s. antepagmenta coronae Corinthio more mutulis ornata.  
 α. Ὀστράκωσις s. pavimentum testaceum parodi.

---

ERRATA.

- p. 26. v. 13. scribe εἰσῆνεγκε  
 - 32. - 5. - - 1. 4. ΣΥΝΤΕΛΕΣΘΕΙ. 26.  
 - 41 usque ad 48. corrige numeros paginarum.
-